

1 XVIII
B-11

1/16427

8/104

XVIII
B-11

IACOBI CAROLI SPENER
IVR. D. ET P. P.
PRIMITIAE
OBSERVATIONVM
HISTORICO
FEVDALIVM



CVM
PERPETVIS NOTIS
ET
COPIOSIS INDICIBVS.



Donativo
Altamira.

HALAE SAXONVM
SVMTV NOVI BIBLIOPOLII.
c1o 1o CC XIX.

IACOBI CAROLI SPENNER

IVM D. ET P.

PRIMITIAE

OBSERVATIONVM

HISTORICO

FEVDALIVM

CAM

PERPETVVS

ET

COPIOSIS INDICIBVS



HABERE SAKONVM

SVMPTV NOVI BIBLIOPOLII

ILLVSTRISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO
COMITI AC DOMINO
DN. GEORGIO
S. R. I. COMITI

A

VVERTHERN

COMITATVS BEVCHLINGEN ET DYNASTI-
ARVM NEVENHEILIGEN, KLEIN-BALLHAV-
SEN, KRAINIZ, KROPPEM, FRAVENDORFF

ETC.

DOMINO

S. R. I. IANITORI HÆREDITARIO

S. R. M. POLON. ET ELECT. SAX.

MINISTRO STATVS, CONSILIARIO INTIMO
ATQVE CANCELLARIO

DOMINO MEO INDVLGENTISSIMO

PERPETVAM FELICITATEM!

ILLVSTRISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO
COMITI AC DOMINO
DNI. GEORGIO
S. R. I. COMITI

A

VVERTHERN
COMITATUS REVCHELINGEN ET DYNAST
ARVM NEVENHEILIGEN, KLEIN-BALLHA
SEN, KRANIS, KROPPEN, FRAVENDORFF
ETC.

DOMINO
S. R. I. ANTONII HEREDITARIO
S. R. M. POLON ET ELECT. SAX.
MINISTRO STATVS, CONSILIARIO INTIMO
ATQVE CANCELLARIO
DOMINO MEO INDIQVE GENITISSIMO

PERPETVAM FELICITATEM

ILLVSTRISSE
ATQVE EXCELLENTISSE
COMES
GRATIOSISSE DOMINE



uas Vitembergensium laborum primitias
ILLVSTRISSE **TVO NO-**
MINI submisso animi cultu offero, vel-
lem maxime tanto splendore, quem il-
lis audeo prætexere, dignum aliquid sal-
tem non indignum afferre atque osten-
dere. Cum tanta vero **SVMMI TVI NOMINIS**
non celebritas dicam, sed gloria & immortalitas sit atque
æternitas, qua ægre cultissima eruditorum opera dignum
aliquid præstiterint; non profecto sanus sim, nisi alias ra-

tiones continuo circumspexerim, quibus ausus meos excu-
sem, TVAMQUE ILLVSTRISIME DOMINE be-
nignissimam adprobationem conatum meorum demisse
implorem. Poteram adeoque impendio magis celebrare
TVAM admirabilem humanitatem atque facilitatem, quæ
mihi animos fecerit, vt leues inornatasque obseruationes
meas TIBI dicarem, dedicarem atque consecrarem. Sum-
morum etenim virorum atque heroum ista solet diuini ani-
mi esse indoles, vt malint bonitatis atque indulgentiæ lau-
de corruscare, quam immortalium meritorum, quorum in
omnem posteritatem memoriam historia facile propagare
potest, elogia exspectare a clientibus. Si & illud autem
tritisimum hodie genus est elogiorum, quo omnes sibi su-
isque opellis aditum ad summos viros patefaciunt; eo fa-
cilius ab illo abstineo, quo magis dignum videtur Summo-
rum Virorum quasi proprias virtutes hasce non tam lau-
dare, quam sacro silentio venerari. Commodius fortassis
excurrerem in laudes eruditionis, qua summa rariori & in-
comparabili exemplo inter illustrissimos viros emines, & qua
motus eorum, qui vere bonas litteras excolunt, certissimus
patronus statorque studiorum optimus esse soles. Inueni-
rent forte casuque leuiore alioquin obseruationes meæ, nisi
eruditæ at non ineruditæ prorsus, quam solo illo nomine
benignissime eis impenderes ILLVSTRISIME DO-
MINE TVAM gratiam. Enimvero nec istis mihi rationi-
bus valde opus est, qui dignioribus ductus sum ad auden-
dum aliquid pro libro meo. TVA præsertim ILLV-
STRISIME COMES indulgentissima voluntate at-
que

que benignissima sententia ex Fridericiana in Leucoream hancce academiam aduocatus, non cogitandum diu habui, cui maxime primitias laborum meorum offerrem atque submisse consecrarem. Summa Illustrissimi Sanctioris Regii Senatus vniuersi in immerentem me munifice collata beneficia vt deuotissimo mentis cultu veneror, solennibusque votis in aditu muneris mei prosequutus sum; ita nouas pro iis gratias **TIBI, ILLVSTRISIME DOMINE**, qui Summi Senatus Præses es, dignissime perfolui, atque solenniter a me pro illius vniuersa fortuna atque saluteceptorum votorum publicam **TIBI** maxime fidem fieri debere arbitratus sum. Testis est illorum idoneus **ILLVSTRISIMVS COMES, TVVS, ILLVSTRISIME DOMINE, FILIVS**, paterna magnitudine dignissimus; aitorumque exemplorum solertissimus obseruator. Cuius præsentia dum oratio mea, bona primitiarum harum pars, illustrior exstitit; dum hac ipsa oratione, quod non potui non, **ILLVSTRISIMI IUVENIS** diuinæ virtuti atque indoli summa quæuis ominatus, **ILLVSTRISSIMAE**que eius **GENTI** ex ipsius animo perpetua decora ornamentaque auguratus sum; dum deinde sacratissimum imperium nostrum, eiusque origines, progressus, vicissitudines, instituta, leges, iura, omnemque adeo eius & antiquiorem & recentiorem statum, **ILLVSTRISIMVS FILIVS TVVS, TE, ILLVSTRISIME DOMINE**, benignissime cupiente, hac æstate præeunte & docente me admirabili solertia considerauerit atque contemplatus sit: hæc simul omnia, **ILLVSTRISIME DOMINE**, me permouerunt, animumque mihi dederunt, vt primi-

primitias hasce, quantumuis exiles, **MAXIMO**que **NO-**
MINE Tuo indigniores **TIBI INDVLGENTIS-**
SIMO PATRONO atque **MAECENATI**
meo dicare, dedicare, ac consecrare auderem, cona-
tusque mei gratiosissimam adprobationem mihi promit-
terem. Accipe ergo, quod soles, benignissima fronte hoc
quicquid est opellæ, submissi deuotissimique cultus, obse-
quii, officiique documentum, maximarumque, quas potuit
mens mea concipere, quasque submisse **TIBI** debeo, gra-
tiarum monumentum. Numen optimum maximum **TE,**
ILLVSTRIS-SIME DOMINE, per quem salua est
incolumisque omnis nostra res publica, saluum atque inco-
lamem, **CELSISSIMAMQVE TVAM DOMVM**
florentissimam atque felicissimam semper præstet, conser-
uet, ac tueatur.

ILLVSTRIS-SIMO NOMINI TVO

Vitembergæ III. Kal. Oct.
cl^o l^oCC^o XIIIX.

submisso cultu deuotissimus

IACOBVS CAROLVS SPENER D.

LECTO-

LECTORI

S.

Breuiori libro non copiosa opus est præfatione. Dum in Leucoream ex Fridericiana Feudalis iuris Professor vocatus essem, noui mei muneris initia solenni oratione facienda erant. Ad hanc orationem audiendam publico scripto inuitandum atque aduocandum erat auditorium. Vtrique causæ expediendæ dignissime visa destinari argumenta ea, quæ cum officii suscepti rationibus conuenirent. Inde publico inuitatui præmittere libuit breuem de primis vestigiis feudorum in Germanica antiquitate peruestigandis disquisitionem. In ipsa oratione persequi placuit feudalis iurisprudentiæ næuos, historiæ ignorantia tribuendos, & per solidiorem eius cognitionem eluendos. Vtrumque ex instituti rationibus strictim atque breuiter, minimeque adeo pro argumentorum dignitate tractari potuit. Suscepi adeo deinde otia mea vberiori pertractationi argumenti utriusque impendere. Pertractationem autem non molitus sum in ipsum programma aut orationem inferre. Inconcinnum videbatur pro oratione & programme libros

)(:)(

bros

PRAEFATIO AD LECTOREM.

brod dare. Ergo notis atque observationibus illustrare breuiter dicta scriptaque institui. Unde demum ipsi libello huic, qui modo in publicum exit, Observationum Historico-Feudalium natum nomen. Sunt observationes modo breuiores, modo copiosiores, ut tulit occasio atque auctoris mens suppeditauit. Posteaquam ita adparassem priora duo argumenta; adieci disquisitionem contra assertiones Th. Franzi, Icti quondam nostratis. Ea videbatur reliquis meis observationibus lumen aliquod accendere. Praeterea crebro ad Franzi opinionem in ceteris provocandum fuerat. Fortassis post hanc absolutam observationem adhuc noua argumenta adiecissem, ut comtior & ornatior libri factus esset modus. Sed otia nostra angustiora hac aestate fuerunt, quam pro ampliori instituto. Igitur licet exilis minutusque, tamen sine vltiori comite prodire debuit liber meus. Quem accipe B. L. benigno liberalique animo, studiisque auctoris faue. Vale.

OBSER-

OBSERVATIO I.

DE

PRIMIS VESTIGIIS
FEVDORVM

IN

GERMANICA ANTIQVITATE
PERVESTIGANDIS

IN MODVM

PROGRAMMATIS

INAUGVRALIS

PROPOSITA

NVNC

COPIOSIS NOTIS AVCTA

ET ILLVSTRATA.



L.



um in vniuersum fere inconsulta imperfectaque humanorum ingeniorum pleraque soleant esse studia, nobis minime mirum videri potest, in tanta eruditorum copia adeo raros serosque rerum iustos aestimatores omni tempore atque loco repertos esse. Quod

Germanice antiquitatis fata,

in hac causa disciplinis reliquis bene omnibus contigit, in antiquitatis consideratione nobis praecipue licebit deprehendere. Fuerunt diu, quibus sola placuit Romana Graecae antiquitas, reliqua gentium licet illustrissimarum antiquiora instituta sorduerunt. (a) Huic amplissimae doctorum sectae dederim vitio, quod

A 2

omni

(a) A Romanis Graecisque bonas litteras accepimus. Eas harum gentium fructuosae antiquitati praecipue impendere visum est. Eruditissimi quiuis studio illi se diu dederunt. Vastissima implet volumina pars commentatorum horum- ce in Batauis collecta & simul luci exposita. Modo abfuisse nimium, modoque nimia Romani nominis veneratio non contemptum antiquitatis nostrae dedisset; nihil praeterea ruinis Romae illustrandis cultissimas ingeniorum dicatas operas inuideremus,

Romanae Graecae- que antiquitatis sobria cura commendabilis.

omni prope obliuioni Germaniæ nostræ antiquitas quondam relicta, barbarorumque quos putarunt maiorum nostrorum summæ virtutes vanissimarum Romanarum rerum notitiæ concedere iussæ sunt. (b)
Posita

Barbarorum gloriosum Germanis nomen,

inepte a Criticis ad infamandam nostram antiquitatem adhibetur.

(b) *Barbaros* Græcorum exemplo Romani appellarunt, qui ipsorum non essent ditionis, nec lingua moribusque siue Romanis, siue Græcis essent. Germani, libertatis studiosissima tenacissimaque gens, gratulati sibi hanc barbariei notam a Romanis impositam. Ipsi se cum Romanorum irrisione *barbaros* vocarunt, seque isto nomine Romanis in ipsis legibus omnino suis prætulerunt. Vide rei adductos testes in mea *Notitia Germaniæ Antiquæ lib. III cap. 4. n. 11.* Quid inepti superioris nostrique æui eruditi maxime ex nostratibus critici? Placuit his loqui cum Romanis, vocabuloque *barbarorum* maiores nostros compellare: non illo autem vulgari tantum, sed studio a Romanis ad feræ immansuetæque nationis significationem contorto. Romanis causa erat, cur mentirentur hoc præcipuo sensu barbaram Germaniam, barbaros Germanos. Næ se vero turpiter dant, qui sine ratione Romanorum vocabulo maiores nostros infamant, agrestesque ferosque belluinos atque immansuetos homines fuisse perhibent. Rem clarius declaravi in *Not. G. A. lib. II. cap. 1. n. 2. 5. 6.* Inde tamen omnes Germanorum antiquiores res coepere sperni, & quas magni fecit Tacitus, repudiari atque nauseari ab ipsis nafutis nostratibus. Nimirum præter cetera gentis nostræ vitia iam diu etiam summus peregrinitatis amor infecit eos præsertim, qui sibi ceteris visi cultiores atque sapientiores. De qua re varia habeo dicere, quæ nunc alio referuo. Vnum addo. Commode toleramus imo laudamus vtillum Romanarum antiquitatum susceptam illustrationem. Crepundiorum autem, muliebris mundi, vestium, calceo-

Posita deinde inepta illa Romani nominis veneratio-
ne, historiæ nostræ præstantia cœpit multæ quidem
curæ esse. Rursus vero iniuste cum Romana anti-
quitate etiam nostra ad perpetuas fere noctes damna-
ta est. Multum scilicet noui historiæ nostræ vindices
maioribus tribuisse honoris sibi visi, si sub initia ex-
ponendæ historiæ leuissime eorum meminerint. Ce-
terum recte vetustas res negligi arbitrati sunt, quod
nostræ reipublicæ origines iura & decora vix a Conra-
di Ortonumque temporibus statuerent repetenda. (c)

A 3

Inuen-

calceorum, sellarum, istiusque modi aliarum vilium at-
que ineptarum Romanarum rerum, quibus designandis
summus quidam vir omnino immortalus esse fertur, soler-
tissimam descriptionem longe optimorum Germaniæ anti-
quæ morum atque iurium notitiæ quondam prælatam esse,
id sane minime quisquam æquo tulerit animo.

*Romanae
nugae no-
stris rebus
stolide
prælatæ.*

(c) Raro in rebus tenetur medium. Qui verum historiæ no-
stræ pretium cœperunt statuere, valere iusserunt Romanas
antiquitates. Harum nimium studium plus fere viderunt
nocere quam prodesse publicorum nostrorum iurium no-
titiæ. Hæc non incommode. Sed cum illis antiquitati-
bus etiam odio ipsis cœperunt esse nostræ. Bene volue-
runt fructuosam esse historiam nostram. Quasi vero non
fructuosissima foret illa antiquissima Germaniæ historia!
Latuit hoc, imo ipsorum sponte latere visum illos recen-
tiores, qui Conradi I. demum æuo prima nostra hodieque
perdurantia *iura publica ex oblati nata feudis* passim so-
mniant. Quid hisce commercii cum antiquitatis no-
stræ rei publicæ statui parum conuenientis consideratio-
ne? Licet nondum tum explorato genuino historiæ no-
stræ vsu, rectius tamen hac in causa statuerunt, quibus pri-

*Nostræ æ-
que ac Ro-
mana æ-
tuitatis
contentum*

*dederunt
oblatores
feudorum
somnia.*

*Primi anti-
quitatis*

mis

Inuenti demum sunt quidam sagaciores ex historiae publicorumque iurium doctoribus, qui hunc etiam errorem ponerent. Allaborarunt isti satis multa cura, ut diu inexculta & contempta excoleretur & extolleretur nostra antiquitas. Visum ipsis & compluribus experimentis comprobaturum esse coepit, non soli aut memoriae aut delectationi, sed plenae iurium nostrorum cognitioni & prudentiae antiquiores res nostras praecipue inferuire. (d) Cum qua vera iustaque antiqui-

nostrae
vindices.

H. Conringii
elogium
Germ. anti-
quitates,

mis a Maximiliani I. aeo historia nostra coepit esse in pretio. Antiquitatis considerationi primas impendendas viderunt curas atque operas: quas nobis collectas sistit Sim. Schardius in *Germania Script. Vol. I.*

(d) Ut nostra antiquitas rite & utiliter curaretur, fere primus suasit ac persuasit Herm. Conringius. Sic ille in altera praefatione ad Taciti libellum, *Erat mihi, ait, quamuis iuueni omnino iam tunc persuasum, ad solidam perfectamque eius etiam, quae nunc superest, Germanica reipublica notitiam plurimum conducere, illam non tantum a Carolino Francorum aeo, quando primum haec imperii ciuitas coaluit, sed & ab antiquissima retro memoria, rei nostrae omnis publicae privataeque factam repetitionem: imo facere illam ad plenum regnorum ferme uniuersae Europae intellectum, quoniam pleraque isthaec a gentibus Germanicis condita, plurimum hodieque retinent moris prisca, quae inscitia rerum illarum veterum turbulenti quidam tanquam vitio nuper introducta criminantur.* In hac Germanicae antiquitatis praestantia commendanda, totus etiam idem est in praefatione prima ad Tacitum pag. 37. 38. septemque praecipuas rationes, cur maxime mereatur omnem curam atque impensam operam, memoriae prodit. Plura in hanc rem affert egregia in epistolis duabus editioni Taciti adiectis pag. 82. sequ.

antiquitatis æstimatione iure meritoque nunc facimus, quotquot verum mediamque in rebus cognoscendis exponendisque viam confectari conamur. Hoc modo vnum abesse hodie iubeamus nimium, ne, quod Romanis Tacitus (e) exprobavit, *vetera extollamus, recentium incuriosi*. Nihil præterea erit, quod moderatam vetustatis commentationem vnquam inutilem aut ingratham deprehendamus.

II.

Vt continuo eius rei capiamus experimentum, placet de priscorum patriæ nostræ institutorum indole & generatim & sigillatim paucis agere. Manet sua Romanas antiquitates præcipua vtilitas, quod notitiam

*insignia-
que com-
moda de-
mum nunc
explorati-
ora.*

seq. Et in nouissima præfatione, Ceterum, inquit, & vetera Germaniæ instituta nouisse, quantum hodieque intersit, nisi valde fallor, quasi in speculo conspicuum quoque feci in variis meis de Republica Imperii exercitationibus, in libro de origine iuris Germanici, in opusculo de Germanicorum corporum habitu, ut & in coniectaneis de antiquissimo statu Helmstadii, passimque alibi: quin imo obseruo instituisse iam illis meis vestigiis etiam alios scriptores præclaros. Utinam reliquis idem queam persuadere! Persuasit sane non paucis vir optimus, & forsitan pluribus eius commentationes probe perspectæ idem persuaserint in posterum. Nobis nil visum hoc loco de suffragiis in hoc argumento aliorum clarissimorum virorum, quæ alioquin collectu erant facilia, ultra addere.

*egregium
fructum tu-
lit.*

(e) *Ann. II. cap. 88. Arminius - - - Romanis baud perinde celebris, dum vetera extollimus, recentium incuriosi. Vetera magni æstimanda & peruestiganda, non ob vetustatem, sed ob vsum, quem recentioribus rebus præstare possunt. Est hic etiam modus in rebus, sunt certi denique fines.*

*Vetustatis
verus vsus.*

titiam earum poscunt Romanæ, quæ magnam partem ex scholis in fora nostra inuaserunt, sanctiones. (f) Non adeo autem leges nostræ peregrinitate sunt infectæ, ut non restet in iis, quod Germanicas sapiat origines & ex maiorum moribus veram lucem fœnerari possit. Priuata quidem iura pleraque nisi plane, at multam tamen partem Romanarum legum redolent admistionem. (g) Sunt vero publica jura & beneficiaria, quæ vocamus feudalia, instituta, quæ,

(f) Per hanc causam vtilitatem atque necessitatem Romanarum antiquitatum commode deprædicat Jll. Thomasius in *dissert. Proœm. ad Car. Sigonii Ant. Jus Rom. num. 17. seq.*

(g) In Italicis academiis Romana priuata iura docti eorum in patria fora introductionem omni conatu promouerunt. Effecerunt etiam, ut ubi plane opprimere paternas leges nequirent, plurimam tamen in eas inferrent peregrinitatem. Quod vere tamen Romana iura non esse debent, nisi subsidiaria, magisque Germanica genuina iura autoritate publica defenduntur, quam deprimuntur; spes oppido magna superat, cordatiorum virorum ope atque auxilio emersura rursus instituta patria & a peregrinitate iniqua olim commode iri vindicatum. Cui rei vero, per quam fore, satis stolide iudicauit quondam Joh. Otto Tabor in *Racem. Crim. defin. pag. 442. ut ommissa iuris Justiniani & imperatorii reëtitudine in superiorum seculorum barbariem ab omnibus bonis damnatam relabamur: nihil ineptissimo hoc iudicio curato, valde hodie opus est viris Germanicarum maxime rerum peritissimis, quales Conringius, Kulpisius, Schilterus, & præcipue nostras Geo. Beyerus fuerunt. Quem postremum optimis conatibus, quos posthumæ eius positiones Juris Germanici ostendunt, esse immortuum omnes dolent, quotquot patriam vere amant, eiusque iurium emendandorum iustas rationes agnoscunt.*

Infusa in nostras leges peregrinitas

irremediabilis non est.

Stolidum Taboris iudicium.

Quibus medicis huic rei opus?

quæ, vt sunt moribus atque consuetudine introducta, ita solidam priscorum morum atque consuetudinum poscunt notitiam. Fuit quondam & præcipue publicis iuribus nocuit turpis error, quasi nostrum Romanumque vetus imperium vnum sit idemque, legibusque adeo & iuribus iisdem iure meritoque vteretur. Exfulare iussa est, hanc maxime ob causam antiquitas nostra, quod Romanorum morum cognitio ipsi nostro publico iuri statuendo sufficere crederetur. (h). Alia doctorum erratio feudalia etiam iura inquinavit. Italis data iura in patriorum morum vicem successisse

B putata

(h) Iphis priuatis iuribus nostris instaurandis & emendandis plurimum antiquitatum nostrarum solers indagatio conducit. Quod bene vidit, eoque nomine illam impense commendauit Thomafius *d. l. n. 16.* Quo magis vero inter omnes constat, publica atque feudalia iura vnicam veramque lucem ex patriæ antiquitatibus sortiri. Vis illas antiquitates ex medio tantum æuo petitas. Bene inquam & optime has sedulo peruestigando vtique agis. Sed minime in iis conuenit subsistere, verum potius in primas reipublicæ origines intueri. Vid. rursus Ill. Thomafius *d. l. n. 14. 15.* Ad has a Romanorum morum inquisitione auertendus & adducendus, quisquis dignam in illis studiis operam præstare voluerit. Nihil Romanus status ad nostram publicam rem intelligendam facit. Tutius ille plene ignoraretur, quam nostris iuribus publicis immisceretur. Transiuere nunc etiam tempora, quibus Cæsarea iura lege regia, electores præfectorum prætorio munere, principum leges honorario prætorum iure æstimare passim doctores consueuere. In ipsis feudalibus institutis non ex ore Longobardicorum doctorum vltra pendent hodie, qui norunt secernere mores patrios a peregrinis.

Antiquitatis Germ. usus
in publico & feudali iure agnitus,
commode auertit mentes a noxia peregrinitate.

putata sunt. (i) Vtrisque erroribus renunciatum est hodie, & vtrique iuri vera sua principia reddi atque restitui coepta. Pro eo etiam, quod nouæ at optimæ veritates satis iam altas egerunt radices, non difficulter nunc ad persuadendum docueris; eos demum in iurium horum tractatione versari rite, qui non in Conradi tantum atque Ottonum, nec in Carolingorum modo temporibus hæserint, sed qui ad ipsam vetustissimam Germaniam respexerint, & in moribus atque institutis eius, nisi ipsa iura eorumque primordia, saltem vestigia atque occasiones perquisiuerint. (k) Quam itaque ob causam veterum Germaniæ morum notitia satis se in vniuersum omnibus probare coepit, & modo perstat lectu & indagatu & præcipue utilis & maxime amabilis.

III. Sigil-

*Originum
iurium pu-
blicorum
necessaria
peruestiga-
tio.*

- (i) De quo errore inquirimus in proximis obseruationibus.
- (k) Facile largimur, publica nostra iura multam subinde passa esse mutationem. Eius, qui qualisque nunc est, publici status initia ægre ultra Henricorum tempora protenderimus. At alia sunt arcis cuiusdam fundamenta, alia est structura. De hac conseruanda aut emendanda sollicito conuenit in ipsa fundamenta inquirere. Ad quem modum, quicumque publicum imperii statum recte cupiunt cognoscere, a primis vsque initiis, occasiones, vestigia, primordia, vicissitudines, mutationes, singulasque & omnes rationes legum, morum, institutorum, iuriumque accurate iubentur explorare. *Ad consilium de Republica dandum, caput est nosse Rempublicam: ait Cicero de Orat. lib. II. Nosse autem imperium nostrum eiusque publicam rem nemo potest, nisi omnia, quæ paulo ante ostendimus, accurate indagauerit & perspexerit.*

III.

Sigillatim ex instituti ratione de feudis inquiremus; quid iis rectius cognoscendis antiquitas nostra conduxerit? Ego vero primum, quod modo innui, accurate distinguenda puto principia, vestigia, atque origines feudorum a feudis ipsis, iuriumque inde natorum incunabula ab ipsis iuribus. Ipsa hæc iura vna cum plenis perfectisque feudis in vetustiori patria nostra esse nata, iuxta ego cum optimis quibusuis doctoribus non dubito, sed prorsus nego. Quæ sensim pedetentimque moribus probantur iura, non primo firma stant initio, sed variis diu obnoxia vicissitudinibus sero demum certi stabilisque iuris naturam induunt. (1) Feuda, siue ea puriori latinaque voce *beneficia* malueris appellare, (m) ad consuetudinem

*Feudorum
origines
& vestigia
a feudis
ipsis di-
stinguen-
da.*

B 2

mores-

(1) Hanc distinctionem quotquot non obseruarunt, negarunt subinde, quod sub conditione quadam affirmandum fuerat. *Consuetudinis ius esse putatur id, quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobauit:* quod bene monuit Cicero *de Inu. lib. II. pag. III.* Ergo vetustate sit comprobatum, quod consuetudini tribuitur. Habeant adeoque instituta, antequam in ius certum abierint, sua initia atque occasiones suas, a quibus coeperit voluntas omnium in vnum conspirare negotium. *Consuetudinis initia primum exploranda.*

(m) *Feudi* vtique vox Germanica est, Germanicum genuinum notans institutum. Vt omnes præteream doctorum opiniones, probo illam, ex qua in voce *Feode* aut *Foede*, quæ significat *alimentum* siue *salarium*, vera alterius vocabuli origo cernitur. Siquidem primo minime hæc aut distorta aut artificiosa est deriuatio: deinde conuenit origini cum scriptione prima feudi mirifice: scriptum fere *semper*

*Feudi vox
cuius origi-
nis?*

moresque referre originem, nemo fere ex instituto præter Th. Franzum, (n) celebrem huius academiæ quondam

semper *foedum* aut *feodum*, quod apud Du Fresne in *Gloss. voce Feudum* in plerisque vetustioribus chartis reperitur: porro vox originis in Anglia, Suecia, passimque in Germania, idem & olim signavit, & fere signat hodieque: cui addiderim, quod hæc deriuatio præcipuum statim indicet, ob quod contractus soleat feudalis celebrari. Quoniam vero feudi vocabulum, licet fortassis antiquissimum, non probatum est illis, qui inter Romanos litteras docti, latina lingua formulas edere consueuerant, inde arbitror *beneficii* latinam vocem alteri Germanicæ antiquius esse prælatam: quod maxime inter beneficia, militibus a Romanis feriori æuo concessa ipsis adhuc nota, & Germanica feuda magna intercederet comparatio proportioque. Sane, cum feudi vox feudali iure constituto longe sit recentior, continuo beneficium ab historicis & in formulis antiquioribus appellatum est, quod feudum esset. Qua ergo præcipua hodie nobis conuenit voce uti? Germanica puto magis quam latina. Germanicum institutum commode patrio nomine effertur. Hoc longe hodie notius, quam vetus latinum. Quod proprie etiam generale est, nec magis feuda notat, quam omnem aliam largitionem. Si tamen statim vox vna per alteram explicatur, perinde antiquiori latinoque vocabulo atque altero Germanico licet vtare.

(n) In *Oratione Vitembergæ An. 1596. habita*, quam Struuius in *Synt. Feud. Juris pag. 612. seq.* exhibuit. Cum tamen diuersi etiam doctores incidunt in quæstionem, an ius feudale scriptum aut non scriptum adpellari mereatur? aliquos reperio pro iure scripto pronunciare, adeoque consuetudinarium ius negare. Ut his ipsis vero facile responderi

Beneficii latinum nomen.

Cuius vocabuli usus præferendus?

Opiniones de genere iuris feudalis.

quondam Jureconsultum, negare ausus : nec iste tamen, si accuratius argumenta eius expenderis, vel quicquam de communis opinionis detraxit auctoritate. (o) Si fuerunt vero consuetudine inducta feuda, quis primas origines in vetustissimo tempore peruestigare prohibuerit, licet certa iura inde constituta non negauerit feriori deberi tempori? A prima nostræ reipublicæ origine electionem obtinuisse regum ac principum nostrorum, me penitior historiæ nostræ consideratio dubitare nunquam passa est. (p)

B 3

In

deri possit, & erudite satisfactum sit ab aliis; nec tamen ex instituto isti, vti Franzus, rem tractarunt, nec omnino originem feudorum ex consuetudine deriuatam impugnarunt, sed tantum, quod fuerit ab initio consuetudinis, in scriptam demum abiisse legem, probare conati sunt. Vnde nihil nobis hoc loco cum illis doctoribus negotii.

(o) Franzus primum ait Mathæum de Afflictis de communi dubitasse sententia, quæ originem feudorum ad consuetudines referat. Ipse Franzus multum argumentis inuictis suis, quæ pro lege contra consuetudines attulerit, confidit, continuoque prope conuicio doctores, ut communem errorem tandem desererent, prouocauit. Verum enim vero, inuicta eius argumenta non difficili labore vinci, iam deprehendi, adeoque, ne nota excrescat in integram tractationem, singularem obseruationem operæ, qua & consuetudinem matrem feudalium institutorum & Carolum M. non primum feudorum autorem contra Franzum declarem & euincam, destinaui. En eam ordine ab hinc tertiam!

Franzianæ sententiae mentio.

(p) Res scio admodum litigiosa est, an primi Francici Germanicique reges libere in parentum dignitatem successerint,

In certi vero iuris abiisse vicem regum electionem,
ægre

rint, vtrum eorum electio perpetua obtinuerit? Enarrare varias opiniones natura notæ prohibeor. Sunt, qui non Merouingicos & Carolingicos tantum reges, sed & Saxones & Franconicos hæreditario iure imperium tenuisse arbitrantur. Cum his quidem facile transegeris, cum nulla probabilitate munitam habeant sententiam. Quod autem Jll. Gundlingius in *Gundlingianis* p. XVII. pag. 137. sequ. Merouingos Carolingosque tantum successisse sentit in regnum, atque ab Arnulpho demum liberam Germanorum electionem, quæ fere nunquam tamen a regia domo desciverit, cœpisse; id utique, cum posteriora sint certissima, in ipsis prioribus vero magis simile cuius videatur. Vnde, cum in priori causa nihilominus diuersæ instem sententiæ, rationes paulo contendere non valde piget. Provoocat Gundlingius pag. 141. primum ad formulam veteris ritualis a Baluzio allata: *Sic & retine a modo statum, quem huc usque paterna successione retinuisti HAEREDITARIO IVRE tibi delegatum.* Verum mihi liceat dubitare primo de iusta ritualis illius ætate, quæ, cum ab ipso Baluzio satis probata non fuerit, dubium an Merouingicis Carolingicisque temporibus conueniat. Sed ponam vetustissimam ritualis ætatem exploratam esse, paternam successionem hæreditarii iuris oppido variam interpretationem admittere, deinde ostendam. Optime docet Jll. Gundlingius d. l. p. 148. Germanos fera adhuc ætate Francorum exemplo nunquam a regia gente deflexisse. Quod eximio probat Hattonis de electo Ludouico Arnulphi filio testimonio. *Diuino instinctu, ille ad Papam scribit, factum est, ut filius senioris nostri, quamuis paruissimus, communi consilio principum & totius populi consensu in regem eleuaretur, & quia reges Francorum semper ex vno genere procedebant,*

Iura liberae regiae electionis Merouingicae & Carolingicae aetati asserta.

ægre ante Henrici IV. ætatem deprehende-
ris.

cedebant, maluimus priscum morem seruare, quam noua institutione insidere. Non inepte hic aliquis, post regum electionem plenius adsertam, hereditarium ius paterna successionis in ipsis regum electionibus religiose obseruatum docuerit. Et quid dicere videtur aliud Moguntinus Hatto, nisi deinde etiam seruato prisco more, quo Francorum reges semper ex uno genere procedebant, ipsam illam priscam consuetudinem electionis adiuncto iuri minime fuisse inimicam? Formula ritualis vocabulo *retinuisti* præuiam populi adprobationem videtur innuere. Porro Saxonicos imperatores liberæ electioni imperium debuisse, satis constat. At de his reperio tamen, non raro ob religiosam regii generis obseruationem hereditarii iuris mentionem fieri. De Henrico II. ait Ditmarus Merseb. lib. V. pag. 365. ex ore Saxonum: *Henricum Christi adiutorio & IVRE HAEREDITARIO regnaturum: se paratos ad omnia, quæ sibi unquam scirent esse voluntaria: hocque dextris manibus eleuatis affirmatur.* De eodem loquutus Sigebertus Gembl. ad an. 1002. *Cum iam res in tuto esse putaretur, Dux Boioaria Henricus iniuriato Heriberto, Coloniensium Archiepiscopo, a cuius ore omnes pendebant, insignia regni ab eo violenter extorsit, quasi IVRE HAEREDITARIO sibi competentia.* Idem ad an. 984. de Ottone III. *Inter primates, inquit, dissentitur, aliis filio ipsius (Otonis II.) Ottoni imperium deberi certantibus, aliis odio imperatricis a filio eius imperium transferre volentibus ad Henricum ducem.* Nonne etiam Henrico I. mortuo quasi de hereditario regno filiis assignando passim legimus disputatum? Vita Mathildis cap. II. pag. 197. *Post excessum inclyti Henrici Regis ductores primi conueniebant & de statu regni consilium habebant. Per plures diiudicabant Henricum regno potiri, quia*
natus

ris. (q) Et ait Tacitus de Germaniæ moribus, *Eli-
guntur*

natus esset in aula regali: alii vero desiderabant Ottonem possidere principatus honorem, quia etate esset maior & consilio prouidentior. Alia plura testimonia transeundo, satis iam puto illius formulæ in docendo pleniori successione iure auctoritatem fore eleuatam. Quæ secundo tertioque loco Gundlingius Agathiæ & Gregorii P. testimonia *de Francorum regibus ex genere prodeuntibus* producit, commemorat, quod debent, regii sanguinis obseruantiam, nilque præterea vltra probant. Diuisio regnorum Clodouæi a filiis facta, quarto memorata, haud dubie consensu principum populique facta, parumque adeo electionis seruato quidem, sed ob nimium regiæ stirpis cultum fere neglecto iuri contraria. De Virodunensi simili diuisione disertè aiunt Annales Fuldenses ad an. 843. *Descripto regno a primoribus, & in tres partes diuiso, - - - reges regnum inter se dispertiunt.* Nec omnino nos morator, quando scriptores nostri, veri reipublicæ nostræ status ignari, Romanorum Græcorumque autorum more successiones, hæreditates, monarchias, similiaque crepant; quæ facile interpretationem suam ex ipsa re accipiunt. Nonne adhuc Eginhardus *in Vita Car. M.* fines Germaniæ ex Romanorum ore dicit Rhenum, Danubium, Vistulam, Oceanum; qui tamen iam diu longe alii facti erant? Quæ Gundlingius *pag. 143.* contra P. Danielelem, qui *in præfatione Historiæ Art. III.* vbi alias Merouidarum regnum successorium fuisse arbitratus, Carolingos tamen liberæ electioni regna accepta retulisse censuit, disputauit, non minus singula fortassis commode declinarentur. Sunt sane magis adsueti historici nostri vocabulis monarchico statui conuenientibus, quam iis, quæ vere postulare liberissima Germanici imperii conditio. Vnde dum huc se inclinant verba, nolim profecto ea in diuersum torquere

*guntur in iisdem conciliis & principes : & paulo addit
C deinde,*

torquere sensum : quod quidem puto recte fit, dum nimis libertati Germanicæ inimicis indulgent formulis. Plura vellem in hanc causam me potuisse dicere, ceteroquin laudare Jll. Gundlingii solidum breueque de chimæra illa oblatoꝝ feudoꝝ pag. 152. adductum iudicium. Sed quo magis nota hæc nimia, eo minus vltèrius protendenda.

- (q) De Forchhemensi electione Rudolphi constat testimonio Pauli Bernriedensis in Vita Greg. VII. cap 39 solum electionis ius, omni hæreditario iure proscrip̄to, tunc lege certa decretum esse. *Principes itaque regni, ait, vt liberi homines Rudolphum ducem Sueuorum frustra multum renitentem - - - regia dignitate sublimauerunt, - - - eique se debito fidelitatis sacramento subdiderunt, qui utique regnum non vt proprium, sed pro dispositione sibi creditum reputans, omne hæreditarium ius in eo repudiauit, & vel filio suo se hoc adoptaturum fore penitus abnegauit : iustissime in arbitrio principum esse decernens, vt post mortem eius libere non magis filium eius, quam alium eligerent, nisi quem ad id culminis ætate & morum grauitate dignum reperissent. Quod etiam Bruno Hist. Sax. pag. 212. sententia Papæ confirmatum scribit: Hoc etiam ibi consensu communi comprobatum, Romani Pontificis auctoritate est corroboratum, vt regia potestas nulli per hæreditatem, sicut ante fuit consuetudo, (En nouum testimonium consuetudinis hæreditatis allegatæ eo tempore, cum electionis ius alioquin satis haberetur certum!) cederet, sed filius regis, etiamsi valde dignus esset, per electionem spontaneam, quam per successionis lineam rex proueniret : si vero non esset dignus regis filius, vel si nollet eum populus, quem regem facere vellet, haberet in potestate populus. Istud tamen Forchhemense decretum nec deinde prorsus obseruatum, sed vero semper*
- Prima lex de electione regum scripta,*
- ad

deinde, *Insignis nobilitas aut magna patrum merita principis dignationem etiam adolescentulis adsignant.* Quis non autem in his primæ Germaniæ moribus iuris electionis incunabula simulque perspexerit, cur ad ætatem vsque nostram cum certo electionis iure successionis quædam species, quam dudum Carolus Caluus *olitana consuetudini* tribuisse legitur, perstiterit? (r)

Ad

Statim deinde ad antiquam obseruantiam inspicitur.

Incunabula iuris electionis in antiquissima Germ. ætate

vindicantur,

ad priscam consuetudinem in electionibus respectum esse, historia nos satis docet. Quid quod serissima ætate, vbi de certo electionis iure ægre stupidissimus quisque dubitauerit, semper prisca moris appareat facies, atque in Augustissima Austriaca gente nunc tria prope secula continua imperatoria maiestas perstet.

(r) Vtrumque Taciti testimonium *Germ. cap. XII. XIII.* habetur. Adde illis præcipua verba *cap. VII. Reges ex nobilitate, duces ex virtute sumunt:* quæ non minus pro electione libera faciunt. *Olitana consuetudinis* vocabula ad priscum illum morem ex regio genere reges eligendi applicata ostendunt *Caroli C. Capitularia Tit. XXX. cap. I. apud Baluzium Tom. II. pag. 133.* Instat vero hoc loco Jll. Gundlingius *Gundlingian. l. c. pag. 140.* prohibetque, quo minus incunabula iuris electionis ad regii generis obseruantiam propemodum adstricti ex illo statu vetustissimo repetamus: quippe deinde, vt vidimus, multa probabilitate nixus non ante statuens electioni liberæ locum factum esse, quam post Carolingicam extinctam gentem. Quod posteriori eius sententiæ nostras rationes obiecimur, hisque plures probabilitatis partes, quæ omnino maximi habendæ fuerint, fauere docuimus: eruditissimi viri bonapace pro incunabulis modo memoratis paucula adhuc afferre licebit. Ait male a quibusdam prouocari in adferendo electionis antiquissimo iure ad Taciti *Ann. XIII. cap. 54. verba*

Ad eundem prorsus modum plurimum censebo anti-
 C 2 quita-

54. verba : *in quantum Germani regnantur* : nihil inde colligi ; esse ignotos reges ; ignotum regnandi modum ; nostrumque demum imperium Francici partem esse ; adeoque, quod colligo eius mentem esse, publica illius iura admodum inique ex antiquioribus arcessi temporibus. Primo hic facile fateor, nisi alia suppeditaret passim Tacitus, ex adductis superius verbis colligi parum rei posse. Sed adde allata paulo antea de electione principum, imo & ipsorum regum atque ducum. Quæ tam clare videntur generalis regum, imo & procerum reliquorum, electionis antiquissimo inter Germanos vsui fidem facere, vt ægre admiserint vllam vltra dubitationem. Electus libera optione Pharamundus rex, teste Roricone *Chron. Fr. lib. I. & Gestis Fr. cap. IV.* Nihil vero tum esse admissum, quod non optime conuenerit priscis Germaniæ moribus, iam satis constat aliunde. Quod reges Germaniæ nationum plerique sunt ignoti, nihil hoc nos moratur, quo minus modos perueniendi ad imperium priscis Germanis solennes solerti cura peruestigemus. Quod denique Francici regni nostrum imperium pars est, cum illud iuribus antiquis steterit, recte hæc perquirimus, dum nostri imperii statum collustramus. Laudatus autem passim libertatis summus amor Germanicus, non etiam male ad fidem electionis iuri faciendam profertur. Qui tanto libertatis studio gauisi, vt vix nomen regis tolerarent, qui putentur hereditarium imperium regibus suis absolute concessisse? Quod ostendi vero antiquissimum ius electionis cum regii generis comi obseruatione coniunctum fuisse, non minus ex Tacito recte declarauimus. In qua causa non diffido, rationibus probe perspectis, ipsum Jll. Gundlingium non consensum omnem denegaturum. Mea sane interest & verita-
 & perpetuae regii generis obseruationi coniuncta fuisse do-
 centur.

quitatem nostram ad feudorum sincera veraque incunabula reperienda facere: quantumuis cetera eorum formam iuriumque solennem præscriptionem longe alibi iudicem peruestigandam.

IV.

*Variorum
de originibus feo-
rum in
veteri
Germ.
querendis
sententiæ.*

Leue rei facturi periculum, quonam possimus modo inuenire in antiqua nostra patria, quæ quærimus, feudorum primordia, cum pluribus vnum optimum adimus nostræ antiquitatis vindicem, Tacitum. Dudum beneficiarii iuris egregii doctores Henr. Spelmannus, Th. Cragius, & vt alios prætereamus, præcipue Geo. Ad. Struuius, vidisse sibi visi sunt in illo, quod feudorum origines repræsentet. Primus illos *comites, qui principibus iura reddentibus consilium simul & autoritas adsint*, interpretatus est de serioris æui vasallis. (s) Alter, quod seruos Germanicos honestissimæ

veritatis ipsius, non deserere demonstratum antiquitatis usum in nostris docendis iuribus, quem mox deinde in feudorum incunabulis peruestigandis & reperiendis clarissime mihi visus sum reperisse.

*Spelmanni
opinio de
primis feo-
dorum in-
cunabulis*

(s) Spelmannus in *Glossario ex Tacito Germ. cap. XII.* vasallos serioris æui se putat reperisse in verbis *singulis (principibus) ex plebe comites, consilium simul & autoritas adsunt.* Reprobat eam quidem opinionem P. Hachenbergius *Germ. Med. diff. IX. de re Feud. Germ. Vet. n. 3.* quod *vasallus* male ex Germanica voce *Gesell*, quæ comitem notet, compelletur. Quam dissentienti rationem dum minus concinnam putamus esse, transeundoque simul ex Jll. Thomafii *disp. de origine Feud. n. 7. pag. 18.* obseruatione, integram Hachenbergii dissentientis dissertationem ex Spelmanno fere descriptam esse, memoramus; non
magis

stiffimæ conditionis fuisse Tacitus docuerit, a primis initiis beneficiaria seruitia Germanis gratissima iudicauit. (t) Struuio non minus *comites* illi placuerunt,

C 3

sed

magis tamen quicquam mouemur, vt Spelmanni subscri- reparadi-
bamus sententiæ. In eo quippe loco, vt promiscue vo- tur.
cabulis vtitur, Tacitus non bellicos comites aut ministros principum, sed iudices ex plebe delectos, qui iudiciis habendis interfuerint, designat. Quam vero iudiciorum rationes sint a feudali re alienæ, satis abunde patet.

(t) Th. Cragius *Feud. iur. Lib. I. tit. 4. pag. 32. sequ.* Bo- Cragii sen-
realium gentium summam libertatis cupidinem gloriatus, tentia de
ipsam seruientium alioquin duram conditionem in ipsis iisdem
fuisse facilem atque honestam, ostendit. Huc præter alia scriptorum testimonia allegat Tacitum *Germ. cap. XXIV. XXV.* non in Romanum morem seruis Germanos vsos esse, sed cuius suam sedem suosque penates tradidisse; exclusu etiam, qui seruirent, sibi obligasse, itemque eos, qui alienum fortassis æs contraxerint. In hosce Germanorum seruos, quos quidem malit *seruientes* honestiori nomine compellatos, adplicat omnino Taciti *cap. XIII. XIV.* verba, in quibus mox vera feudalium institutorum reperiemus incunabula. Institutis migrationibus, ait, principes dominosque, quorum hæc dignitas hæque vires fuerint, magno electorum seruientiumque iuuenum globo circumdatos, hisce diuississe occupatorum agrorum partes: vnde ad ordinanda feuda fuerit propius accessum, id diu vero ex prisca seruientium conditione seruatum, vt fere ex dominorum arbitrio beneficia collata ademptaque sint. Nobis quædam placere possunt a Cragio dicta, minime autem ejus tota argumentatio, cum præsertim eo illam fleat, vt solis septentrionalibus populis, exclusis ceteris Germanis, quorum quidem laudibus auget aquilonares gentes,

sed non iudices, imo potius milites, quorum magna fuerit

gentes, feudorum inuentionem tribuat, probari. Sane priscos vasallos *seruos* Germanica lingua dictos esse, seruitiaque præstitisse dominis, constat. Scimus etiam, inter alios modos feuda constituendi, non raro contigisse, ut qui æs alienum contraxerint allodio in feudum oblato illud soluerint. Nec reliqua displacent, quæ adduntur de migrationibus, in quibus propiora utique feudorum initia licet deprehendere. Verum diluit omnem seruorum & vasallorum comparationem, quod licet non adeo dura fuerit seruorum in Germanis conditio, raro tamen aliquod momentum in domo, nunquam in ciuitate Germanorum vel liberti nedum serui fuerint, scribente Tacito *Germ. cap. XXV.* Vnde constat, statim inique reliqua conferri cum seruis, qui nec militare, nec in principum esse comitatu, nec rei publicæ cuidam permissi interesse: quæ omnia sunt a vasallorum antiquissimis iuribus alienissima. Vasalli adeoque serui dicti a seruiendo, sed insignia nobiliaque siue in bello, siue in republica seruitia, non illa vilia domesticaque priorum seruorum obeundo. Ceterum Cragii est coniectura *cit. l. pag. 33.* dum Tacitus *cap. XXIV.* de seruis ex lusu loquatur, addatque, *Victus voluntariam seruitutem adit, quamuis iunior, quamuis robustior, alligari se ac venire patitur:* nihil inde detrahi de vasalli nobilitate, nec eum in hanc redactum conditionem proprie ligari atque venire, sed tantum obligari fideque certa obstringi ad seruitia præstanda, quod testentur etiam cum Longobardicæ leges, tum Scotici mores, quibus hæc obligatio similibus efferatur vocabulis. Sed hæc etiam parum mihi probatur coniectura, si vel veros seruos respereris, quos vere ligatos docent addita vocabula, *quamuis iunior, quamuis robustior;* nedum si ad vasallorum statum sis intuitus.

reiiicitur.

Eiusdem illepidæ coniectura de seruis ex lusu vasallis factis.

fuerit amulatio, quibus primus apud principem suum locus; quibus turpe fuerit, virtutem principis non adaequare, & infame in omnem vitam ac probrosum, superstitem principi suo ex acie recessisse; quorum sacramentum fuerit, principem defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloria ejus assignare: qui, cum principes pro victoria pugnaverint, ipsi pro principe; qui denique a principis sui liberalitate exegerint illum bellatorem equum, illam cruentam victricemque frameam, ceterumque epulas & conuiuius, & pro stipendio largos adparatus. (v) Missis ego priorum coniecturis, quas parum solidis niti rationibus facile cerno, in sententiam lubens concedo posteriolem, eamque & meam facio, quod, antequam
in

(v) Videtis Struuium Syntag. Jur. Feud. cap. I. pag. 9. 10. Struuii
 Ille ibi, *Occasionem & seminaria, inquit, feudorum intro-* sententia
exponitur.
ductorum in Germania fortasse deducere licet ex Tacito, qui
pluribus tradit, principes amplo comitatu studuisse, quem
ex bello aluerint, & ad bellum conduxerint, de illis comiti-
bus inter alia hac quoque scribens. - - - Constat ex his
verbis, quod Germani principes habuerint comites, qui ipsis
fidelem in bellis exhiberent operam: his fidelibus credibile
est, concessa postea fuisse a principibus praedia, tum in ipsis
Germanorum, tum etiam in occupatis bello terris, sub con-
ditione fidei & seruitii militaris; ut non solum ipsorum o-
pera in bellis vri, sed etiam deuictos virtute ipsorum in fide
continere possent: quod confirmant ipsae leges & mores feu-
dales, ex quibus apparet, feuda propter militiam constitu-
ta, usque vasalli saepius milites vocantur. Verba ipsa Ta-
citi a nobis exscripta, a Struuiio citata, reperiuntur in
Germ. cap XIII. XIV. &, quod mox ostendemus clarius,
fatis quod debent probant, & adprime conueniunt modo
datis Struuianis coniectationibus.

in eam incidissem, iam mea fuerit, & eam defendere paro, & novas conquirere rationes, quibus ea illustrari & plene probari posse mihi videatur.

V.

*Struuiana
sententia
vindicta.*

Defensionem sententiæ ante eius illustrationem pono, ne præiudiciis quodammodo damnata videatur. Noui Ioh Schilterum contra Struuium dicere, nullum feudorum vsum in prima Germania fuisse, cum quod Tacitus eum non clarius declarauerit, tum quod priuati & separati agri apud priscos Germanos nihil fuerit. (x) Nec ignoro, Illustri Thomasio haudquaquam verosimilem eam sententiam, quod iam Taciti tempore feuda Germanis cognita fuerint, videri: cum credulitas Struuii parum silentium Taciti excusare apta sit. (y) Verum summorum virorum pace

*Schilteri &
Gundlingii
contraria
sententia.*

(x) Sensus hic est integræ argumentationis Schilterianæ, quam in *notis ad Struuii Syntag. Jur. Feud. pag. 3.* reperies. Ei plene subscribere reperio Jll Gundlingium *Gundling. P. I. pag. 5.* nisi quod addit, quærendum esse adeoque in feudorum initiis aliquid, cuius intuitu præstetur a vasallo fides. Sed dispiciemus deinde, an prorsus, quod Schilterus ait, *coniectura Struuii sit sine fundamento.*

*Thomasi
contraria
sententia,*

(y) In disp. eruditissima, cuique me multa debere ingenue profiteor, de *Orig. Feud. num. V. & litt. d. pag. 14. 15.* primum generatim dicit: *Quod iam tempore Taciti feuda Germanis cognita fuerint, haudquaquam verosimile est: & deinde post commemoratam Struuii sententiam pergit: Quod addit Struuius, credibile esse, his fidelibus concessa postea fuisse a principibus prædia, tum in ipsis Germanorum, tum etiam in occupatis bello terris, sub conditione fidei & seruitii militaris; id tacentibus ea de re in uniuersum historis,*

pace liceat eorum rationes parum ad conuellendam sententiam validas pronunciare. Largiemur facillime Thomasio, nondum Taciti ævo fuisse feuda, siquidem hæc Struuius sententia fuerit. Sed quod *occasionem & seminaria feudorum introductorum* illis verbis Tacitus declarauerit, quod expressis verbis dixit Struuius, nec ipse Ill. Thomasio videtur velle ire inficias. Adde in priscis rebus sæpe plurimum dandum esse coniecturis, & doctam Struuii credulitatem præstare forsitan aliorum pertinaci adseueratione. (z)

D

Schil-

ricis, nobis non magis videtur credibile, quam si quis ex eadem coniectura vellet aduersus Struuium originem primam feudorum adscribere Romanis, aut aliis populis antiquioribus bello & militia maxime deditis. Quæ possint reponi ad hoc iudicium, statim infra cernemus.

- (z) Non commode satis hæc duo sibi videntur esse opposita, *modeste declinatur.* quod non sit verosimile, iam tempore Taciti feuda Germanis fuisse cognita, & quod *occasionem & seminaria feudorum introductorum in Germania fortasse deducere liceat ex Tacito.* Prius negatum facile tamen adhuc admittit, vt alterum affirmemus. Ipse nego feuda iusta Taciti tempore fuisse constituta: sed vt negem, reperiri *occasionem & seminaria feudorum in Tacito descripta, minime moueri possum.* Exprobrata de moribus succedentis æui Struuii credulitas mihi nondum ex adductis ab Ill. Thomasio rationibus adeo improbanda visa. Præter generalem doctæ credulitatis excusationem minime video historicos in vniuersum ei defendendæ deesse. Collegit Gundlingius *loc. cit. pag. 6. 7. 8.* varia egregia testimonia veterum, quæ docere adprime possunt, continuo a magnis migrationibus Herulos, Ostrogothos, aliasque gentes militibus fidelibusque

Schiltero eadem propemodum responsione satisfieri posse existimo. Si feudorum usus perfectus absolutusque antiquissima ætate adhuc nullus fuit, quid postulabimus Tacitum eius curatius meminisse? Si agri privati separatique apud priscos Germanos nil fuit, hoc iis obstat, qui plena beneficia priscae Germaniæ moribus adsignant, non reliquis, qui feudorum principia atque incunabula in illis quærunt. Hæc taceo, quod euictum adhuc minime sit, prædiorum possessionem in feudorum constitutione requiri absolute. (a)
Vnde

busque suis sub conditione fidei & seruitiorum prædia in occupatis bello terris, quod Struuius voluit, concessisse. Quod iste igitur *credibile* esse dixit, factum esse *postea*, sane ego fortiori vocabulo nunc fere *certum* esse adseruerim. Quæ denique ad eleuandam Struuii credulitatem de Romanis aliisque narrantur gentibus, quibus eodem iure possit origo feudorum tribui, parum puto momenti adferunt. In Romanorum aliarumque nationum institutis occurrunt multa, quæ feudorum sunt persimilia: at ea, quæ maxime feudis dederunt originem aut occasionem, in eis non deprehendo. Cum ea vero in priscis reperiam maioribus, quid prohibet, quo minus reliqua hoc potius loco, quam aliorum populorum fauore, facili coniectura adsequar?

Schilterianæ sententiæ refutatio.

(a) Ait Schilterus, *Tempore Taciti nullum feudorum usum in Germania fuisse, verosimile est, quem Tacitus non omisisset notari.* Huic an recte reposuerim, non potuisse notare Tacitum feudorum usum, qui tunc nullus erat, occasionem, quæ tunc fuerit, satis docuisse; iudicent alii. Pergit Schilterus, *Contrarium patet ex eodem Tacito cap. XIX. & Jul. Cesare lib. IV. privati agri ac separati apud eos nil fuisse,*

Vnde demum firmiter licebit colligere, minime de-
 D 2 spera-

fuisse, sed ab vniuersis per vices occupatos. Disquiremus, an aliquid contrarium habeant laudati auctores? Tacitum euolui toties quoties, præsertim laudatum caput, nihil ibi eius rei. Sed *Germ. cap. XXVI.* ait, *Agri, pro numero cultorum, ab vniuersis per vices occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur: facilitatem partiendi camporum spatia præstant. Arua per annos mutant & superest ager.* Iulius Cæsar *l. cit. cap. I.* de Sueuis narrans, *sed, inquit, priuati ac separati agri apud eos nihil est: neque longius anno remanere vno in loco incolendi causa licet.* Hæc vtriusque autoris verba attentius considerando, quod admodum vel ipsi antiquissimo *vsui feudorum*, quem quidem nos non defendimus, sit contrarium, nondum cernimus. Ponamus, Taciti demum æuo feudorum quendam cœpisse *vsu* esse, Cæsar's sane narratio de Sueuis antiquioribus, indomitis migrationibus delectantibus, nihil posset contra Tacitum. Esto vero, sint reliqua euita, licet priuati separatique agri nil fuerit, potuit tamen dominus ex fructibus sibi traditis tantum elargiri clientibus suis, quantum ad victum alioquin ex agris capiendum satis fuerit. Taciti verba longe minus feudis inimica. *Agros, ait, pro numero cultorum, ab vniuersis per vices occupatos esse, quos mox inter se secundum dignitatem partiti sunt.* Si dominus habuit clientes, cum secundum dignitatem eius agri ipsi plures relictæ sunt, qui dubitemus, eum illorum partem potuisse dare clientibus? Sed dicis, per vices sunt agri occupati: adeoque vni mox hoc, mox aliud cessit. Quid tum vero, si sufficiat ex cuiuslibet dignitate agros esse diuisos? Adde alios codices loco verborum *per vices* rectius legere *per vicos*, aut ab *vniuersis vicis*. Fortassis etiam, vt omnino communem lectionem retinea-

speratam eorum esse sententiam, quibus cum Struuioporro placet in priscis Germaniæ moribus feudorum occasionem & vestigia perquirere.

VI.

Vere feudorum origines in ipsis Germanorum moribus conspicua.

Rem paulo altius nunc repetemus ex illorum morum notitia, quam quidem Struuius, quem modo suæ defensionis relinquimus, fere insuper habuit. Quæsituris, quæ præcipue priscorum Germanorum fuerint virtutes aut animi quodammodo dotes, duæ occurrunt, fides atque fortitudo. Illic apud Tacitum legati Frisii in Pompeii theatro exclamarunt, *Nullos mortalium armis aut fide ante Germanos esse*: quæ vox comiter ab omnibus accepta ipsam principis approba-

retineamus, per vices occuparunt, & partiti sunt agros, quod quotannis arua mutarent, superessetque ager. Quod adeoque vno anno fructuosum fuerit aruum, illud proximo cessare iussum atque quiescere, donec tertio anno rursus confereretur. Ita per vices occupari poterat ager, & tamen longe lateque superesse, si omnino is tunc usus fuerit, quod dominici agri pars daretur clientibus. Hoc non volo autem proprie, iam tum agros diuisos esse clientibus; quod potius ostendi ad feudorum constitutionem non absolute requiri. Ostendisse sufficit, nullo modo, si vel usus feudorum voluerit defendi, ei allata testimonia esse contraria: nedum repugnare, quo minus ex Struuii mente occasio ac seminaria feudorum in priscis Germaniæ moribus peruestigentur. Quodque præterea Jll. Gundlingius *l. cit.* in feudorum initiis quærendum esse institit, cuius intuitu præstetur a vasallo fides, id, cum probemus eius generale postulatum, & nos ipsos iam egisse, & porro nunc clarissime in reliquis ostensuros, satis est.

probationem meruit. Præcipuas etiam has animi doctes laudant ubique in singulari de Germania libro Tacitus, aliique veterum Scriptorum alibi. (b) Jam beneficiariæ doctrinæ scriptores sciscitatus fere omnes, quid in feudis censeant præcipuas ferre partes; fidem mihi respondent, præstandæque militiæ rationes. His causis secerni docent feuda a bonis, quæ aliis v-tenda fruendaque sub diuerso nexu tribuimus. (c) En

D 3

ergo

(b) Narrat de Frisiis Tacitus *Ann. XIII. cap. 54.* de reliquis Germanis, eorumque præcipuis duabus virtutibus Idem *Germ. cap. XIV. XXIV. XXVI.* eoque antiquior Jul. Cæsar. *Gall. Bell. lib. VI. cap. 23.*

(c) Fide absolui formam feudorum, ait Strykius *Exam. Jur. Feud. cap. II. qu. 21.* & cum eo plerique doctores. Cragius *Feud. lib. I. tit. 9. pag. 80.* Fidelitas, ait, non solum vinculum est feudi, sed vera eius essentia, sine qua nullum feudum subsistere possit. Thomasius *de orig. Feud. num. I. litt. g. pag. 7.* Hoc omnes, probe monet, fatentur, fidelitatis præstationem esse de essentia feudi. Sub fidei conditione relicta alicui bona in feudum transeunt. Contra, vt fides nullo pacto, si omnino feudum constitui debet, remitti potest, commode tamen pactionibus pleraque feudorum naturalia, quæ vocamus, inuerti possunt. Hoc addo, ad illa naturalia magno consensu a doctoribus referri, quod tantum in immobilibus feudum consistere possit. Vid. Strykius *l. cit. cap. III. qu. 9.* Vnde rursus continuo Schilterus aliique confutantur, qui ideo negant in antiqua Germania feudorum initia esse indaganda, quod de prædiis agrisque clientibus datis nil constet. Nam quod paulo supra diximus, ponamus, non concedamus, nulla in antiquitate agrorum sub fidelitatis lege vasallis cessorum vestigia

Fides formam & essentiam feudorum constituit.

Immobilia sunt de natura non de essentia feudorum.

ergo clarissima feudalium in antiquiori Germania originum vestigia! Principes sibi adsciuerunt comites, qui sacramento fidem summam domino pollicerentur & præstarent. Hæc fides ab his comitibus religiosissime obseruata, & leuissima eius violatio summam traxit infamiam. (d) Fides hæc nisi in bello &

per

stigia occurrere; non minus tamen aliunde patebit, iustis nos duci rationibus ad iusta ibi feudorum primordia indaganda.

(d) Tacitus hæc omnia late dicit *Germ. cap. XIII. XIV.* quæ eius verba partim supra exscripsimus. *Comites* hosce a principibus in commilitium adscitos & stipendio auctortos non male referre senioris æui vasallos; deinde ex multorum sententia ostendemus. An vero *principes* hi possint comparari cum dominis feudalibus? reperio dubitari passim. Præsertim Gundlingius *loc. cit. pag. 4.5.* ait: *Principes hi non notant tales, quos nouimus hodie integræ provincie gentisue dominos. Princeps hoc loco refert præcipuum non natione, sed pago. - - - Hos principes ipsi elegerunt, ut magistratus essent. - - - Reliqui erant comites ex plebe delecti. Quo amplior horum comitatus, eo illustrior eorum dux & princeps.* Quæ licet eius verba perobscure nostræ sententiæ repugnent, constat tamen ex prioribus, nolle eum principes illos cum feudalibus dominis collatos. Fortassis autem facile cum viro eruditissimo transigemus. Nemo tam Germanicæ antiquitatis ignarus, ut ignorarit, quantum distent a nostris ætatis illius principes. Sed satis etiam nouimus, ab hodiernorum principum nostrorum potentia minime pendere potestatem constituendi feuda: quam adeoque Germaniæ vetustæ principibus, qui qualesque fuerint, nemo recte denegauerit. Deinde principes tum fuerint siue natione, siue tantum

pago

Principibus a Tacito descriptis vis, facultas, & potestas feuda dandi vindicatur.

per bellum fere minus probata. Inde sero adhuc æuo feudorum constitutio præcipue militiæ præstandæ rationibus alligari consuevit. (e) Nisi integra prædia primo

pago præcipui, illud perinde fuerit: modo non appareat, quid utroque passu obstet, quo minus feuda potuerint constituere. Porro principes fuisse magistratus, ait quidem Tacitus *Germ. cap. XII. Eliguntur in iisdem conciliis & principes, qui iura per pagos vicosque reddunt. At dum adieris Iul. Cæsarem B. G. lib. VI. cap. 23. In pace, hic dicit, nullus communis est magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt, controuersiasque minuunt.* Vnde videatur magis, licet electi fuerint principes, non tamen præcipuo in pagis officio magistratus eos functos esse, sed tantum, quod vix communes essent magistratus, subsidiario. Quin imo admodum promiscue principum adpellatione Tacitus usus est. Quando *Germ. cap. XIII. ait: insignis nobilitas aut magna patrum merita principis dignationem etiam adolescentulis assignant: utique hæc principis dignatio non est magistratus.* Iniecta subinde in sequentibus *principum* mentio non magis designat magistratus, sed potius bellicos duces proceresque gentis magna nobilitate conspicuos. Quæ docent omnia, minime vetustis Germaniæ principibus posse negari vasallos, quasi, cum magistratus egerint, id muneri ipsorum non perfecte conuenerit. Si fuerunt enim quidam instar magistratum, quod etiam, quid feudalibus institutis officiat, nondum iudico; alii sane bellorum duces gentisque & pagi proceres non putantur caruisse amplissima facultate, clientibus fidelibusque militibus commode prospiciendi. Quod de fide principibus illis præstita a comitibus narrauimus, ex solis Taciti verbis abunde satis probari puto.

Principum nominis in Germ. ant. varia notatio.

(e) Tota vetus Germanica respublica ad bellicas rationes præcipue

primo hoc tempore comitibus istis, quos deinde vafallos

*Feudorum
initia belli-
cis rationi-
bus attem-
perata.*

præcipue accommodata erat. Vnde, dum bellicæ fidei prima feudorum initia essent destinata, minime id nobis mirum videri potest. Huc pertinet Tacitus *Germ. cap. XIV.* integro. Ibi posteaquam *cap. XIII.* memorasset principum in adsciscendis sibi comitibus studium, de eorum præstanda fide, *Turpe, inquit, comitatui virtutem principis non adæquare. Iam vero infame in omnem vitam ac probrosum, superstitem principi suo ex acie recessisse. Illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloria eius assignare, principum sacramentum est. Principes pro victoria pugnant: comites pro principe.* Omnia hæc bellum comitumque sacramenta in bellis conspicua loquuntur. Seriore adeoque ætate constat, pleraque adhuc feuda fuisse in vsus bellicos constituta. Sane sub Merouingis Carolingisque, quot propemodum auctorum testimonia de feudis agunt, addunt militaria seruitia. Ipse *vafallus* sæpissimè *miles* per militiam, quam domino debuit, consuevit adpellari. Interea vt probe norim, in Francis aulica feuda non etiam rara fuisse, dataque ministris, ducibus, comitibusque esse quasi salaria ita prædia in beneficium: cuius rei quæ notissima est, testimonia allegare superuacaneum puto. Ita huius etiam vsus in ipsa bellicosissima Germaniæ ætate non minima mihi videor vestigia reperisse. Sane Tacitus *cap. XIII.* de principibus loquutus addit: *Hæc dignitas, hæc vires, magno semper electorum iuuenum globo circumdari; in PACE DECUS, in bello præsidium. Nec solum in sua gente cuique, sed apud finitimas quoque ciuitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineant. Expetuntur enim legationibus & muneribus ornantur, & ipsa plerumque fama bella profligant.* Cum ergo decoris etiam causa in pace, atque in gloriam domi forisque parandam,

illi

*Aulicorum
feudorum
in Germ.
Ant. incu-
nabula.*

sallos dicere moris fuerit, principes tribuerunt: (f) at
 E suppe-

illi a principibus olim comites sint adsciti; inde puto manasse deinceps consuetudinem, ut ministris aulicis siue maioribus, siue minoribus, longo æuo quod numerorum esset magna penuria, tribuerentur feuda, ob quæ non militiam præstare, sed consiliis operisque aliis principi inseruire, aut in perpetuo honorificoque eius comitatu agere iuberentur.

(f) Comites Taciti reperio duplicis generis: illos principum clientes, & ab his diuersos *ex plebe comites*, qui ex eius testimonio *cap. XII.* principibus iura per pagos vicosque reddentibus consilium simul & auctoritas adfuerint. Posteriores iudices fuisse, eodem modo quo principes nonnunquam magistratus fuerunt, nemo negat. Cum utriusque vero admodum distulerint a succedentis æui comitibus, saltem commode priores comites cum vasallis, quos postera ætas compellauit, posse comparari constat. Non vrgebimus notationem nominis *vasalli*, quod multis doctoribus consentientibus significet *Gesell*, vnde *Wesell* ortum fuerit, quæ vox latina lingua *Comitem* referat. Cuius iacius illam etymologiam cum multis probat. Hugo Grotius ei fauet, indeque quædam orta docet Germanicorum principum cognomina. Cragius quidem eam duriorē esse & inconcinnam putat: sed quam iste nouam affert ex latina lingua, *vasallos* quasi *vasarios* dictos esse, seu *armigeros*; longe eam minus, quam priorem, quæ comitem cum vasallo propius committit, probauerim. Capiemus autem ex re, quod male ex etymologia petitur. Vasallus eo sensu, qui hodieque adhuc obtinet, nam antiquiorem mittimus; is est, qui suam fidem domino addixit. Germanici illi comites id sacramentum omnino habuere, ut suum tuerentur sectarentur principem, suaque etiam fortia facta

*Comites
Germ. Ant.
varii generis.*

*Comites
iidem, qui
deinde vasalli dicti.*

suppeditarunt tamen eis arina, victum, largumque adparatum. *Materia munificentiae per bella & raptus*, ait Tacitus. Ea erat primorum maiorum continetia, vt multis nec egerent, nec gauderent possessionibus. Harum loco facile eis suffecit, quod ad victum cultumque esset satis. (g) Num ideo, cum reliqua

facta eius imputarent gloriae. Vasallus sub praestanda fidei conditione dominium terrae cuiusdam aut alius rei, quod vtile vocant, accipit. Illos ego quidem comites, quod supra monui, non prorsus dicam nullis agris vten- dis fruendis a principibus suis donatos esse: quid enim, quo minus haec etiam coniectura probabili assequamur, nos prohibet? At licet hoc dubitemus omnino, tamen possunt illi comites nostros vasallos referre: quod statim infra ostendemus. Victus illis cultusque ex munificentia domini paratus, pro stipendio cessit. Qui adeo *vasallum* dixit notatione nominis quasi *mercenarium* esse *armigerum* Cragius, facile etiam hoc nomine Germanicos comites vasallos esse dixerit. Si quae ceterum deesse putes illis comitibus, quod in vasallo requiratur: post omnia memine- ris, non nos tibi perfectum in vetustissima illa Germania feudorum vsum, sed tantum occasionem eorum & incu- nabula prodere.

(g) Taciti, ad quae respicimus, verba *Germ. cap. XIV.* haec sunt. *Exigunt (comites) principis sui liberalitate illum bel- latorem equum, illam cruentam, victricemque frameam. Nam epulae & conuictus, quanquam incomiti, largi tamen adparatus pro stipendio cedunt. Materia munificentiae per bella & raptus. Quia, quod antea paulo dixerat, magnum comitatum non nisi vi belloque tueantur. Cum hisce verbis si comparauerit rationes eorum feudorum, quae adpellantur Soldatae, aut de Camera & Cauena: de quibus euoluere modo*

Feudorum
Soldatae
&c.
prima in-
cunabula.

feuda, quorum semina sparferat antiquitas. In Fran-
cis

ad incunabula feudalis rei in ea declaranda. Nec reli-
quorum autem feudorum omnia vestigia ibi deesse, ali-
quoties monuimus. Sane nunc certo scio, continuo a ma-
gnis migrationibus perfectiora a Germanis in alienis terris
feuda constituta esse. Quid tam hæremus adeoque, quo
minus inde coniciamus, iam in Germania etiam ipsa co-
mitibus agros sub fidei conditione principes attribuisse?
De Odoacro in Italiam inuadente ita Procopius *Bell. Gotb.*
lib. 1. Barbarorum vnus Odoacer nomine, - - - eum in
modum ius summum adeptus, imperatori non vltra nocuit,
quam quod in priuati ordinem eum redactum post id haberet:
tertiaque agrorum parte distributa Barbaros eo BENEFI-
CIO ita sibi deuinxit, vt decem per annos imperium tenuerit.
Deinde de Theodorico idem Procopius eadem nar-
rat: *Iniuria subditorum quemquam nec afficiebat ipse, nec*
affici ab aliis sinebat, dempto, quod partem agrorum, quam
Odoacri milites possederant, inter se Gothi partiti sunt. Ean-
dem tertiam agrorum partem Romanis ademtam militibus
suis distribuisse Gothos occidentales & Burgundiones, eo-
rum legibus docemur. De Visigothis quidem admodum
non constat, an illa tertia agrorum pars feudi, vtrum al-
lodii iure fuerit militibus concessa. Sed, nisi fallor, Bur-
gundionibus instituta feudalia, ex Germania accepta, sua-
ferunt beneficii loco tertiam illam partem comitibus elar-
giri. Eo puto non incommode referri Burgund. Legis tit.
I. §. 3. 4. Illud etiam huic legi adiungi placuit, vt si quis de
populo nostro a parentibus nostris MVNIFICENTIAE
CAVSA aliquid percepisse dignoscitur, id quod ei collatum
est, etiam ex nostra largitate, vt filiis suis relinquat, præ-
senti constitutione præstamus. Id etiam statuentes, vt si quid
etiam de NOSTRO MVNERE, aut Deo præstante ali-

ter

Feuda sta-
tim a
Germ. gen-
tium mi-
grationi-
bus perfe-
ctiora sta-
bilita:

ab Heru-
lis;

• Gothis;

• Burgun-
dionibus:

cis continuo adhuc regentibus Merouingis feudorum
E 3 clario-

ter perceperint, DONATIONVM nostrarum textus ostendunt. Superest, ut posteritas eorum ea deuotione & FIDE deseruiat, ut augere sibi & seruare circa se parentum nostrorum munera cognoscat. Huic quidem legi, quo minus ad feudalia instituta referatur, obstare ait Jll. Thomasius de origine Feud. num. XI. litt. f. pag. 38. quod data sit, antequam a Francis victi essent Burgundiones; quod adeo tum, si ad feuda respexerit, non a Francis, sed ab his feudorum origo fuerit repetenda; quod beneficia ab initio ad hæredes non fuerint transmissa; & denique quod in Germanis generatim seruitia militaria ab ingenuis nobilibusque, solo allodiorum, nullo feudalis nexus respectu præstita fuerint. Sed primum putem obstaret nobis, si omnino a Francis originem feudorum repetere liberet. Ex nostra autem mente in ipsa Germania feudalia nata sunt instituta, parumque nostra refert, quænam Germanica gens præcipue deinde ista patria instituta excoluerit. Secundum monitum multo minus moramur, qui minime Francis inuentorum feudorum primam gloriam tribuimus. Tertium ipsa lex videtur loqui, extra ordinem tantum beneficia in hæredes munere regio tunc transmissa esse. Gundebaldus nempe rex mihi videtur hoc velle, licet data a parentibus eius feuda non possint alioquin ad hæredes transmitti, ipsum tamen noua largitate id possessoribus nunc concedere: iubere autem, ut, qui ab ipso huc vsque aut in posterum beneficia acquisierint, inuestituræ tabulas exhibeant, fideque sua & promptis seruitiis eandem gratiam promereri satagant, ut hæredibus data feuda relinquuntur. Nec quartum, licet sit verissimum, dicam summi viri pace quicquam obstare iustæ legis interpretationi. Militare olim iussi omnes ingenui, non item singularem fidem atque operam

quibus postremis feudalia instituta vindicantur ab objectionibus:

1.

2.

3.

4.

clariorem constitutionem ostendunt rerum harum ceperitiores. Sane ei iam antea paratam viam atque occasionem eo quis minus dubitabit, quo curatius ad maiorum nostrorum præcipuas virtutes, earumque percarum Francis imitationem fuerit intuitus. (i) Sed alia

operam præstare, aut in perpetuo principum esse comitatu. Ad hoc auctorandi comites fuerant datis armis stipendiisque; vt deinde agris in occupatis regionibus ipsis distributis. Vnde, illa etiam Burgundica lege vero sensui suo reddita, non dubium vltra continuo a Germanicis migrationibus veriora feuda esse instituta. Sed dices, ex Romanis moribus instituta hæc tum tracta esse. Cui vero obiectioni nouæ statim deinde satisfaciam, atque interea satis probabiliter statuam, ipsum fortassis agros feudi lege dispertiendi morem non tam Germanos extra Germaniam demum adoptasse, quam ex ea in nouas regiones intulisse.

An Romanorum imitatione feuda instituta?

In Francis feudorum constitutio probatissima;

cui origini tribuenda?

(i) Feudorum vsum perfectiorem Merouingicorum regum historia tam clare docet, vt quid contradici possit, ægre adpareat. Ant. Dad. Alteserra *de Feud. Gall.* rem plene docuit, & nuper nouis rationibus confirmauit Jll. Thomasius in *select. Feud. & de Origin. Feud.* passim. Allata ab ipsis auctorum in hac causa testimonia exscribere hic non vacat. Quædam tamen infra in singulari obseruatione dabimus. Vnum nunc quæritur, an Franci ipsi primique feudalia instituta excogitauerint, an aliunde acceperint? Prius affirmat Alteserra, & post alios Thomasius: qui ipse causas simul tradidit, quibus moti Franci beneficia distribuerint. Alterum maiori vt puto probabilitate statuunt plures, quibus generatim nos etiam subscribimus. Quando vero disquiritur, vnde ergo Franci feudales consuetudines acceperint? rursus in sectas abire doctores reperio. Sunt qui a Romanis morem traxisse Francos censent: alii ad Soldu-

alia ais, introducendorum feudorum deinde fuit ratio,
vt

Soldurios Gallorum prouocant. Vtrosque Alteserra *d. l. cap. 1.* satis refutauit. Struuius laudatque alii scriptores cum nobis in ipsa Germania feudorum initia agnouerunt: ex qua adeoque sua patria Franci longe maxime censentur illa instituta in Galliam intulisse: vnde apparet etiam, qua ratione simul cum Francis aliæ etiam Germanicæ gentes statim post magnas earum migrationes feudis delectatæ sint. Quæ res cum hætenus multis rationibus a nobis fuerit confirmata & prope euicta, modo pro certo ponitur. Cum tamen qui proxime Romanis moribus feudorum a Germanicis deinceps gentibus probatorum initia tribuit, Jll. Gundlingius *loc. cit. pag. 10. seq.* satis magna nitide videatur probabilitate; pro nostra sententia pauca adhuc libet ad eius argumenta reponere. Germanicos, memorat, populos, postquam in Romanas prouincias inuaserint, Romanorum mores admodum imitatos esse. Quod Odoacri & Theodorici regum, qui dignitates Romanas in aula, curia, atque militia retinuerint, publicisque multis institutis lubenter vsi sint, exemplis comprobatur. Ad hoc huic rationi illustrationis causa ipsius Theodorici regis testimonium, quod profert in *Excerptis de eo* Hadr. Valesius in *Appendice Ammiani Marc. pag. 666.* Romanus, inquit, miser imitatur Gothum, & utilis Gothus imitatur Romanum. Quo eius effato constat utique, Gothos utiliter illa instituta adoptasse, quæ rei suæ publicæ statui conuenientia duxerint. At statim meminisse decet, vt Gothos, ita reliquos Germanos, imitatos esse Romanos mores, non priuatos, sed fere tantum publicos. His ipsis opus erat, vt & publicam suam rem ordinationem redderent, & præterea Romanis publicis legibus adsuetas prouincias eo felicius regerent. Inde vtilis suos Gothos dicit Theodoricus,

nulli sane nisi genuinae Germanicæ.

Romanæ feudorum origines examinatur,

vt scilicet libertatis amantissimi Franci paulatim regio
adfue-

cus, hanc quippe necessitatem publicam commode expen-
dentes. Priuatos vero suos mores mordicus seruasse &
obseruasse Germanos, omnes eorum leges loquuntur.
Quas hanc maxime ob causam puto statim post expediti-
ones suas descripsisse, ne immixti Romanis Germani pere-
grinis moribus inficerentur. Ex his priuatis moribus feu-
dalia reor instituta fuisse, quæ adeoque non a Romanis ac-
ceperunt, sed, quod late ostendimus, ex patria sua & ex
moribus suis attulerunt. Quando ergo post generalem
rationem allatam afferuntur indicia feudorum a Romanis
probatorum: ad ea vix fuerit respiciendum, dum Germa-
ni ægre censerentur a Romanis voluisse doceri, quæ
dudum per proprias sui virtutes in patria stabiliuerint cer-
ta iura. Interim auctorum illa testimonia considerantibus
occurrit etiam continuo, quod Germanicorum feudorum
Romanorumque morum maximam notet differentiam. In
testimonio Lampridii *Alex. Seu. cap. LIX.* licet in notis ad
illud Casaubonus feudi speciem agnouerit, mera tamen prin-
cipis donatio describitur. *Donata sunt limitaneis ducibus
& militibus sola, quæ vt sua rura attentius defenderent.*
Nulla eis fidei conditio imperata, sed vna hæc lex data,
vt hæredes ipsorum etiam militarent. Male hic istis do-
natis, plenoque & hæreditario iure concessis bonis videtur
cum feudis conuenire. Sed dicis prohibiti sunt priuati
ab illorum possessione! Hoc igitur vnum in hisce bonis
constitutum est, vt quidem essent hæreditaria, sed posses-
sores hæredesque militiam sibi nouerint imperatam. Tam-
parum autem hæc necessitas militandi ad feudorum indo-
lem accedit, quam reliqua, cui fere plerique Romani,
quotquot iusta ætate citarentur & cogerentur, adstricti
erant. *Quas possessiones in Germania trans Rbenum vetera-*
nis

& decli-
nantur.

adsuefierent imperio. Hoc bene mones. Sed cum libertatis Francicus amor ex Germanorum perpetua

nis in præmium adsignatas Paulus *l. ii. D. de Euid.* memorat, ipsa lex ostendit fuisse militum proprias & in præmium bene meritorum, non in spem futuræ fidei, illis concessas. Edmundi Merillii *lib. obs. II. cap. 6.* coniectura de possessionibus istiusmodi iam a Caracallæ ætate trans Rhenum militibus concessis, oppido ieiuna est. Si quæ fuerunt, diu ante Caracallæ ætatem fuerant acquisitæ, & ipso imperante fere dudum amissæ. Addita Merillii ratio, quod ob Germanos subactos se *Germanicum* Caracalla adpellauerit, longe facilius ætati Drusi, Germanici, Caiique, & Domitiani illarum possessionum constitutionem adsignauerit: & quod primi ex Germanicis victoriis Germanici gentilitium quasi nomen acceperint, & reliqui idem nomen eodem, quo Caracalla, iure, id est nullo tulerint. Adductæ porro Theodorici atque Constantini Porphyrogennetæ Nouellæ idem quod reliqua dicunt auctorum testimonia. Militare iussi, qui agros tales limitaneos acceperint, cum hæredibus possessionem sperantibus. Sed quis Germanorum allodia dixerit fuisse feuda, cum etiam illa ex Germanicis legibus ad filios tantum peruenerint, militiæque rationibus oppido magis quam illi Romani agri, fuerint coniuncta? Quæ adeoque ab Jll. Gundlingio *loc. cit. pag. 18.* vindiciæ opinionis proferuntur, haud adeo videntur perstare firmæ. Non magis constitutiones imperatorum, quam Cæsar, Tacitus, Plinius, per ea, quæ enarrauimus, fidem faciunt. Erudite vero egit Gundlingius, quod ineptas quasdam illorum auctorum interpretationes passim propositas explofit. Nihil in prisca nostra Germania reperiri, quod feudo-

petua indole duxerit originem; quid obstat, quo minus noua hac ratione vetustissimos Germaniæ principes comites suos constantiori obstrinxisse fide statuerimus? (k) Rursus obiicis, pecuniæ inopiam feuda produ-

feudorum sit simile: nemo adferenti crediderit, quisquis hanc etiam commentationem nostram legerit. Sane millies præstabit hæc nostra sententia probabilitate, dum eius & alterius Romanorum morum cupidæ rationes contenderimus. Longobardos feuda non primos instituisse, facile largiemur. Sed illi etiam ex Germania eorum notitiam fortassis attulerint, cui iunctum deinceps Francicum imperium primas in Longobardis feudaliū scriptorum iurium origines produxerit. Clodouæum primum feudorum auctorem fuisse, non magis affirmauero, quam Gundlingius. Constat mihi de Herulis, Gothisque, & Burgundionibus, in quibus ante Clodouæum agnosco feuda constituta. Hos omnes autem aio ex patria sua illa instituta attulisse, non, quod videtur aliis, Romanis moribus accepta retulisse. Non tanto, quam vulgo ferunt, odio Germanos nostros prosequutos esse Romanos, lubens concedo. Inde rursus vero nihil roboris accedet aduersariæ sententiæ. Quam copiosius, ac fere notæ conuenit, excussam atque examinatam modo dimittimus, & quemlibet suo abundare ingenio, pro eo quod par est, facile patimur.

- (k) Jll. Thomafius *de Orig. Feud. num. XIII. pag. 45. seq.* illam & paulo sequentem causam productorum in Francico imperio feudorum commode memorat & erudite exponit. De causa priori, vt quicquam dubitem, nihil habeo: vt
eam

produxisse. Verum dic mihi, num amplior in antiqua Germania quam in adultiori numerum fuerit copia? Si hoc non est, idem victus larg que adparatus clientibus præstiterunt antiquius, quod

F 2

deinde

eam potius ipsam adplicandam putem ad antiquissimum Germaniæ statum. Legat aliquis Tacitum *Germ. cap. VII. XI. Nec regibus infinita ac libera potestas: & duces exemplo potius quam imperio - - - præsumunt. Ceterum neque animaduertere, neque vincere, neque verberare quidem, nisi sacerdotibus permissum, non quasi in pœnam, nec ducis iussu, sed velut imperante Deo: Deinde reliqua: Illud ex libertate vitium, quod non simul nec iussi conueniant, sed & alter & tertius dies cunctatione cœuntium absumitur. Ut turba placuit, confidunt armati. Silentium per sacerdotes, quibus tum & cœercendi ius est, imperatur. Mox rex vel princeps, prout etas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia, audiuntur, autoritate suadendi magis quam iubendi potestate. Consideret reliquam libertatis amantissimam Germanorum indolem, cum a Tacito alibi, tum a ceteris auctoribus descriptam. Næ tum ille minime improbabit coniecturam, qua veriores feudalium institutorum non simplices causas assequi laboramus. Fortassis ergo non tam comitatum principes seruitiaque militaria curarunt, quam clientelam comitum perpetuam, quam fide sibi addictam acciperent. Hoc modo dominationem quandam principes exercere eaque superbire potuere; quod Tacitus *Germ. cap. XIII.* suadere videtur; quam alioquin sine insigni sui periculo, quod vnum Arminii exemplum apud Tacitum*

Libertatis Germanicus amor, nouum pro feudorum in Germ. Ant. incubulis argumentum.

deinde amplæ prædiorum possessiones. (1) Mitto reliqua, quum satis iam ad feudorum in prisca Germania ostendenda incunabula mihi videar produxisse rationum.

Epilogus.

Transeo autem a prologo ad indicandam rem ipsam, cuius gratia breuem argumenti tractationem modo suscepi. Diuina dirigente prouidentia atque

citum *Ann. II. cap. 88.* satis docere potest, ægre licuerit eis affectare. Sane nouam eo nomine Jll. Thomaſio me gratiam debere, ingenue profiteor, quod illa causa adducta, qua Francis primam feudorum constitutionem tribuerit, mihi nouas suppeditarit rationes eas probandi atque inluminandi origines, quas hætenus demonstraui fere esse, saltem videri verissimas.

*Pecuniæ
inopia noua
ratio feu-
dorum in
Germ. Ant.*

(1) Pecuniæ rarum in Germania veteri vsum fuisse, docet Tacitus *Germ. cap. V.* Longe adeoque magis in ea, quam in Francico regno multiplicatis opibus, quærendum fuerat aliud salarii genus, quam quod numis exsolueretur. Inde cultus victusque & adparatus loco mercedis coepit esse comitibus, nisi omnino, vt apud Francos, agri terræque. Argumentum a maiori ad minus, quod vocant, iuste hac in causa capitur. Si in Francis, vbi iam maior pecuniæ aderat copia, loco salarii data sunt vasallis prædia: quid dubitabimus, hunc modum alendi clientes in antiqua Germania necessarium & solennem fuisse; in qua longe minimus numorum vsum semper exstitit? Sed etiam de hisce hætenus.

atque auspiciis Potentissimi ac Serenissimi Domini, FRIDERICI AVGVSTI, Regis Poloniarum, Saxoniaeque Electoris, Domini mei Clementissimi, ex Fridericiana, quæ Halæ floret, academia in aliam Leucoream hanc ad *Feudalia* docenda *iura* nuper admodum euocatus, parui Deo, Principi, consiliique eius sanctioris Administris Illustrissimis, honestissimaeque missione a Potentissimo ac Serenissimo Domino FRIDERICO VVILHELMO, Rege Prussiae, Brandenburgicoque Electore, Domino meo Clementissimo, impetrata, nunc noui muneris mei primordia solenni ritu propediem capienda cogito. Quæ cum postulent orationem sub initia publicarum scholarum mearum more maiorum habendam, multis aliis reiectis argumentis, quæ commode pertractare poteram, versari malui in propriis officii mei rationibus. Constitutus scilicet Feudalis iuris Ordinarius Professor nihil potius nihilque antiquius ab initiis statim habendum duxi, nisi ut studio operaque omni demandatam exornarem provinciam, nobilissimamque disciplinam quantum possem illustrarem & perpolirem. Cum vero culturam eius, quæ quidem plurima adhuc optanda, vnice fere solidior historiae nostræ cognitio instruere apta sit, satis inde operæ me pretium facturum censui, si prima verba de culturæ feudalis iuris iustis rationibus fecero. Differam igitur crastino die *II. Kal. Iunii de feudalis iurisprudentiæ nauis historiarum ignorantia tribuendis, & per solidiorem eius cognitionem eluendis.* Cui orationi solenniter indicandæ

debitas pagellas, ne versarer extra oleas, exponendo vicino nec spero ingrato argumento *de primis vestigiis feudorum in præstantissima antiquitate nostra peruestigandis* modo consecrare libuit. Ceterum cum præsentis commentationis fine ad audiendam orationem meam, qua par est observantia, Pro-Rectorem Academiæ Magnificum, Illustrissimos Comites, Patres ac Proceres Academiæ Amplissimos, reliquos bonarum litterarum Fautores, & Generosissimam atque Nobilissimam Ciuium nostrorum coronam voco atque inuito; singulorumque fauorem, beneuolentiam atque affectum omni cultu, pietate, officiorumque genere demereri cupio atque summo studio contendo. P. P. III. Kal. Iun.

CIO IOCC XIIX.



OBSER-

OBSERVATIO II.
DE
FEVDALIS
IVRISPRVDENTIAE
NAEVIS
HISTORiarVM IGNORANTIAE
TRIBVENDIS
ET PER
SOLIDIOREM EIVS COGNITIONEM
ELVENDIS
SOLENNI ORATIONE
II. KAL. IVN.
VITEMBERGAE HABITA
PROPOSITA
NVNC
COPIOSIS NOTIS AVCTA
ET ILLVSTRATA.

OPSERVATIO
DE
FRAVDALIS
IURISPRVDENTIALIAE
MAIEVSI
HISTORIAM IURISPRVDENTIALIAE
TRIBVNDIS
SOLIDIOREM EIVS COGNITIONEM
SOLIDIORVM IURISPRVDENTIALIAE
NITTEMBERSIS HABITA
PROPOSITA
COPIOSIS NOTIS AVCTA
ET ILLUSTRATA



MAGNIFICE ACADEMIAE
PRO-RECTOR,
ILLVSTRISSIMI COMITES,
PATRES ACADEMIAE CONSCRIPTI
ATQVE PROCERES AMPLISSIMI,
CETERI AVDITORES OMNIUM ORDINVM
HONORATISSIMI,
TVQVE GENEROSISSIMA ATQVE NOBILISSIMA
CIVIVM NOSTRORVM CORONA!



Prefatio.
i, quod summus quondam iudicavit facundiæ Latiarumque litterarum siue princeps, siue omnino parens, Marcus Tullius, (a) *eloquentia vna quedam est de summis virtutibus*; consilii vtique ancipitem timidumque & in principiis me oportet esse fluctuantem, cum in splendidissimo vestro conspectu ac
G confessu

(a) Grauter atque copiose Cicero *de Orat. lib. III. pag. 231. Ciceronis Verum enim, inquit, oratori, quæ sunt in hominum vita, quandoquidem in ea versatur orator, atque ea est ei subiecta* *elogium eloquentiæ.*
mate-

confessu verba cogito facere, & amplissimum hunc atque ad dicendum ornatissimum locum cum noui muneris mei auspiciis conscendo. Sic voluere animo cogitationes par est, si quaedam ex summis est eloquentia virtutibus, quid summa peto, cui ægre patient mediocra? quid exigua vi ingenii nullaque dicendi exercitatione præditus prodire adgredior in locum, qui eloquentiæ sacer est, & qui ab eloquentissimis viris occupari atque exornari vsque huc consuevit, nec demum infacundis ingeniis conciliare paratus est auctoritatem? Diu proinde dubius, diuque discernendæ sententiæ ignarus, me tandem tamen inadsueto studio nunc committo; non quod primo conamine me posse ad eloquentiæ laudem quandam adspirare confiderem, sed quod & auiti mores poscerent faciundam in limine Academicorum laborum orationem, & quod cetera dignum ingenuo esset homine, ad ipsas summas quaslibet virtutes alacriter contendere, & quod hoc me solaretur maxime, nisi oratoris partes, quod minime possem, omnes expleuerim,

materies, omnia quæ sita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent. EST ENIM ELOQUENTIA VNA QUÆDAM DE SVMMIS VIRTVTIBVS: quanquam sint omnes virtutes æquales & pares: sed tamen est species alia magis alia formosa & illustris: sicut hæc vis, quæ scientiam complexa rerum sensa mentis & consilia sic verbis explicat, ut eos, qui audiant, quocunque incubuerit, possit impellere: quæ quo maior est vis, hoc est maiori probitate iungenda, summaque prudentia: - - - Hanc inquam cogitandi pronuntiandique rationem vimque dicendi veteres Graeci sapientiam nominabant. &c.

uerim, satisfecisse me tamen vos iudicatu-
ros officio, tempori, honestæque simul, quam suscepi, animi con-
tentioni. Aegre autem me primis expedio difficul-
tatibus, in quas animum meum infacundiæ meæ con-
iecit conscientia, nouam continuo curarum telam
mens mea incipit percurrere. Argumentum scio o-
rationi meæ esse eligendum, quod conueniat loco
huic, præterea muneris mei primordiis, deinde ex-
spectationi speique vestræ. Videor mihi etiam non
vltimam debere curam solenni testificationi submississi-
mi cultus, quo Augustissimum Regem nostrum, Au-
gustamque Saxoniam Domum vniuersam veneror.
Peropportuna itaque mihi videri possunt verba, quæ
prima sim facturus de Augustissimi AVGVSTI vir-
tutibus, de Saxonica domus maiestate atque fortuna,
de vetustissima eius æque atque ab omnibus seculis
ad nostra vsque tempora perducta & conseruata glo-
ria, de meritis denique eius non in Germaniam tan-
tum, sed in Europam pene vniuersam. Iam mecum
cogito, in quas Saxonica partes gloriæ mea excurrat
magis idonee oratio. An pace belloque prudenter
fortiterque acta Regis nostri, vtrum, quæ perpetuo
iste imitatur, & felicissime consequitur, maiorum eius
gloriosissima exempla persequar? Obuersantur ani-
mo meo summa Saxonica gentis in celebratissimam
Musarum sedem nostram beneficia, quæ commode
prædicaturus alienum nihil ab officii mei rationibus
mihi videor committere. Eloquar ergo? & quænam
ex tot arduis argumentis? mecum ita persæpe expo-
stulo. Sed silebo hæc omnia: diu versata tandem stat
hæc mea sententia. Silebo Augustissimi regis nostri

virtutes, fortunam, famam. Historia scilicet dignissimæ res elaboratissima minus sane commode tenui creduntur orationi. Silebo immortalia Saxonicae gentis decora. Notiora hæc sunt, omniumque animis dudum testatiora, quam quibus illustrandis dignam sermo meus possit præstare operam. Silebo creberrima beneficia a singulis Serenissimis Saxoniae Electoribus in Academiam hanc collata, & quæ eidem AVGVSTVS noster millia benignissime impendit. Præoccupatus enim labor a pluribus rerum harumce peritioribus recte transmitti videtur silentio a me nudius ægre tertius in hanc euocato academiam. Non silebo quidem de submississimis gratiis, quas Clementissimo Regi, Academiae huius liberalissimo atque munificentissimo nutritori, cuius benignissima gratia hunc hodie locum occupo, subiectissime debeo. At, cum regum cultui nil æque ac perfecta conueniat modestia, hanc puto pauciora atque ad demississimam venerationem composita verba longe decere magis, quam verbosiores orationem. Huic itaque aliud quærens argumentum, opportune deinceps post cetera explicata meminero, vbi post summum Deum Augustissimo Regi debitas iustas gratias testari deceat. Proinde variarum nunc causarum rursus animo voluo memoriam, an in iis demum dignam opera nostra vestraque, Auditores, attentione reperire possim materiem. In multa plurimaque non infœcunda non iniucunda subinde incurro, fateor, argumenta, quorum vnum alterumque si pertractem, non prorsus videor mihi indignus vestra futura adprobatione. Ne quid vero vos morer vltius, nolo vt, quæ non
sim

sim expositorus, porro audiatis, sed continuo, quale demum orationis meæ institutum elegerim, nunc declarabo. Nimirum primordia mei muneris & quasi præcurrentia summo profecto iure inde statuo capienda, quo ipsum me munus meum semper ducet, & summa contentione tendere iubebit,

Navita, quod Pöeta (b) ait, de ventis, de tauris narrat arator,

Enumerat miles vulnera, pastor oves.

Et quid ego potius quam eius narrabo disciplinæ culturam, quæ ex officii mei rationibus mihi modo incumbit? Neminem credo vestrum, Auditores, latebit, qua sim conditione ex Fridericiana in almam Leucoream nostram a Serenissimo Rege aduocatus academiam. Digna visa sunt beneficiaria iura, quæ feudalialia vocamus; quibus docendis singularis professor constitueretur. Ut iura sunt ex vetustissimis patriæ moribus orta, & quæ maximum inter Germanos præcipue momentum ferunt, ita rectius ea per singulares doctores instruxisse atque excoluisse gloriæ suæ reputarunt Summi consiliorum Serenissimi Regis Præsides atque Administri. Minime ita per horum sapientissima consilia exitum arbitror habituram immaturam illam vanamque cuiusdam (c) diuinationem;

Tractationis argumenti expositio.

G 3

nem;

(b) Propertius lib. II. Eleg. I. vers. 43.

(c) Autor is est *Paradoxorum Juris maxime Publici*, qui inter reliqua, quæ, *nauseante pridem eius stomacho recoctos cibos, dat nobis, quæ non aliunde petita sunt, sed quæ bacterius sibi videtur debere;* ut inuehitur in doctores male historiam, ex eius ingenio scilicet! doctos, ita deinceps acriter feudalis iuris professores stomachatur, addita demum

Vana cuiusdam de iuris feudalis professoribus diuinationis.

§. X.

nem; fore ut professores iuris Feudalis ex Germania trans Alpes iterum relegentur. Imo, si quid commodius augurari coniectura liceat, fore puto, ut in Saxonia potissimum non floreat modo perpetim, sed & præcipue iusto decori suo in posterum restituantur feudalia instituta. Hoc sane post alios moliendi prouinciam clementissime mihi demandatam eo suscepi promtiori atque alacriori animo, quo magis prono ferrer mentis impetu ad studia hæc tractanda & pertractanda. Igitur suscepta prouincia alienum nunc nihil a noui officii mei instituto me spero committere, si, quæ solenni ritu debeo, prima verba *de cultura Feudalis iuris iustis*

§. X. pag. 8. egregia illa diuinatione: *Quod si diuinatorem agere fas sit, illud eueniet, ut professores iuris feudalis ex Germania trans Alpes iterum relegentur.* Multa deinde arcana feudalia, quorum pars nuper in vicinia suum exitum habuit, præ se ferens, se tandem cohibet: *religio est, inquit, plura de his arcanis diuulgare!* Verum parum puto profecerit eruditus ille, sed totus in affectibus, scriptor sua diuinatione; quam oderit, quisquis veriora patriæ instituta amauerit. Releget, inquam, trans Alpes Longobardici iuris doctores, sed quod alias maxime necessarium ipse docuit, auctorari potius optet rerum peritos, qui Germanicis indagandis iuribus solertiolem operam impendant. Plus cetera profecto gratiæ reportarit a prudentibus rerum æstimatoribus, si cessarit ad sensus, & demum coeperit prorsus & vnice ad veritatem scribere. Quam passim aliquis in allegata dissertatione quadam quasi Diogenis lucerna quæsierit, nec eam toties, quoties pugnantia contrariaque iudicia, & iniqua in Saxonica decora studia repererit. Sed his etiam in posterum iustæ opponentur secundum veritatem vindiciæ.

iusiis principiis ita fecero, ut crebros eius nauos historia-
rum ignorantia tribuendos, & per solidiorem eius cognitio-
nem eluendos doceam. In qua ego vniuersa atque con-
fusa tractatione sic versabor, ut, quæ duo sunt eius
capita, nauorum atque errorum demonstratio, eorumque
solers emendatio, vtraque a me breuiori, qualem hic
locus poscit, sermone meo continua coniungantur se-
rie, nihilque, quod declarandæ causæ, nihil, quod
conuincendis vestris conueniat animis, nihil, quod ad
culturam iuris nostri omnibus commendandam per-
tineat, prætermissum a me videatur. Quamobrem
adeste animis, Auditores, dicturumque vestra erigite
atque confirmate beneuolentia.

I.

Inest, iudicante grauisimo scriptore Tacito (d) *Magne
rebus cunctis quidam velut orbis, ut quemadmodum tem-
poris vices, ita morum vertantur: nec omnia apud priores
meliora, sed nostra quoque ætas multa laudis & artium
imitanda posteris tulit. Verum hæc nobis maiores: cer-
tamina* *omnium
doctrina-
rum & di-
sciplina-
rum vicis-
situdines.*

(d) Ann. III. cap. 55. Cum quo egregie conspirat illud Te-
rentii Eun. Act. II. sc. 2. vers. 45. *Omniū rerum heus vi-
cissitudo est!* Et non minus egregie in hanc causam Iusti-
nianus l. 2. §. 18. C. de Vet. Jure Enucl. *Diuinæ quidem, ait,
res perfectissimæ sunt, humani vero iuris conditio semper in
infinitum decurrit, & nihil est in ea, quod stare perpetuo pos-
sit; MULTAS ETENIM FORMAS EDERE NOVAS NA-
TVRA DEPROPERAT.* Quæ extrema verba repetuntur
etiam II. F. 24. §. 2. Eo spectant Guid. Pancirolli memo-
rabilium rerum libri II. de deperditis & recens inuentis.
Quod in illis enim de artibus præcipue, quam sint vicissi-
tudinibus obnoxia, dicitur, commode alius in disciplinis
& doctrinis eadem facilitate demonstraerit.

tamina ex honesto maneant. Ut illas morum vices, ad quas generatim Tacitus respexit, hoc loco nihil moremur; vicissitudines artium & scientiarum nunquam demirari satis soleo. Modo vna eademque disciplina egregie perpolita floruit, modo prorsus neglecta rudisque iacuit: modo eadem rursus exponi luci culturaeque eius bonis ingeniis imitationi proponi coepit; modo etiam noua prorsus ars & doctrina obscuratis antiquioribus succedere. Philosophia primum fere exculta, & in Græcis iurisprudencia ipsa philosophiæ propemodum pars visa. In Romanis post philosophica studia excolendo iuri plurima data est opera. Successerunt tempora, quibus summa barbaries Europam pene omnem occupauit, cultissimasque regiones tristi obnubilauit optimarum artium ignorantia. Restitui per gradus, veluti reuertente orbe, coeptis literis, prima rursus philosophia, sed rudi prorsus Minerva, pertractata. Acutissimis illius æui, quæ censebantur, ingeniis ægre hodie eruditionis laudem vllam tribueris. Iurisprudencia postea primum in Italia luci nouæ reddita atque exposita. Sed, bone Deus! quam sordent nostro æuo temporis illius præstantissimorum iureconsultorum commentarii. Deinde Romani iuris eadem scientia sensim pedetentimque in Germaniæ inuasit fora. Quæ non vero in Italia reperit ingenia repurgando iuri illi nata, longe ea infeliciora magisque sterilia in Germania nostra deprehendit. Nostri demum temporis beneficio, nunc nouus veluti scientiarum orbis verti, præstantiaque veterum quarundam disciplinarum & restitui, sed & earum pars multo nouarum decori fere coepit concedere. Philo-

Philosophia prisco imo nouo potius perfectiorique restituta decori. Scientia priuati iuris per plurimos egregios doctores tractata & pertractata, iam hodie euasit fere cultissima. Publici iuris incognita est vetustati doctrina. Quam præstantissima vero & nobilissima satis fuerit omnibus comprobata, constat tamen inter omnes, quam male & inutiliter curæ præque in ea laboranda diu collocatæ fuerint. Fecit Romani iuris nominisque veneratio, vt prorsus publicum ius, antequam plene confisteret, in principiis inquinaretur. Hoc nempe ex Romano iure, at quam egregie, quam acute! instruendum visum, quod Romanum scilicet imperium ex communi opinione perdurauerit in nostra re publica. Proxime demum uerioribus publici iuris principiis agnitis & solerti cura nunc peruestigatis depelli errores, spesque esse, vt propediem, quantum res humanæ admittunt, absolutissima perfectissimæque stet publici iuris prudentia. Ita & beneficiarium ius, non minus vetustati incognitum, diu quidem vsque huc a doctoribus multo magnoque conatu tractatum est. Sed, quam crassis erroribus superioris æui ingenia præoccupata erant, ita minime apud priores hæc doctrina euasit cultior; sed nostram quoque ætatem, vt multa alia laudis & artium imitanda posteris tulit, manet etiam utilissimi huius iuris curanda perfectio atque integritas. (e)

H

Quæ

(e) Non vacat afferre testimonia vicissitudinum plerarumque scientiarum. De fati Romanorum Germanicorumque iurium & priuatorum & publicorum erudite & copiose nouissime egit Celeb. Struuius in *historia iuris Romani, Iustini-
niani,* *Vicissitudi-
nes iurium.*

Quæ qualis futura primum erit, quod ex orationis instituto docebimus. Siquidem ea cognita, quod distet ac discrepet, commode in illius nævis censebitur, &, quasi certamine ex honesto suscepto, sapienti consilio a rerum peritioribus doctoribus in posterum sanabitur.

II.

*Feudalis
iuris inte-
gritas
qualis?*

Integritatem Feudalis iuris ex sola eius ad patria & vniuersa & singularia prouinciarum instituta reformatione pendere, breuiter audacterque adseuerabo. Natum esse illud vbique ex consuetudine ac moribus, ex hoc quidem solenni loco ante centum & quod excurrit annos negauit celebris eius temporis Academiae nostræ iureconsultus Th. Franzus. At, vt sibi facile constet veritas, ipse Franzus in verbis tantummodo esse, & oratoria fere argumenta, quæ præterimus, proposuisse cernitur. (f) Si est vero beneficiarium ius moribus acceptum referendum, cum publicæ consuetudines in regionibus maxime, quæ diuersis reguntur legibus, ægerrime inter se conueniant, quis non videt peregrinis inuectis institutis patrios mores opprimi? Accidisse id in Germania, & Longobardicis vsu receptis sanctionibus plurimum dome-

nianei, Græci, Germanici, Canonici, Feudalis, Criminalis, & Publici.

*Consuetudo
feudalis iuris
mater:
contra
Franzum.*

(f) Franzii orationem a Struuiio *Syntagmati* 7. F. adiectam in superiori obseruatione memorauimus. Eius rationum, quippe nostræ sententiæ aduersariarum, examen singulare paulo infra dabimus. Hoc loco, quod vere res est, pro certo ponimus, ad consuetudines iuris feudalis originem recte referri.

domestica feudorum instituta corrupta, maximaque peregrinitate infecta esse, paulo deinde dicetur copiosius. Porro cum vasta regio, quæ patria nostra est, ab ævo omni in plures prouincias, quarum diuersissimæ memorantur leges atque consuetudines, fuerit diuisa, hoc etiam colligitur, male cum feudali iure agi, dum perperam misceantur, quæ probe fuerant separanda, singularum ditionum placita. Vnde firma puto stat breuis nostra sententia, qua hoc velle consuetudinarii iuris sperandam perfectionem decernimus, vt &, quantum possit fieri, tollatur ex eo peregrinitas, & Germaniæ prouinciis quibuslibet tribuatur suum.

III.

Ex qua igitur ipsa feudalis iuris descripta integritate, vt ad rem veniamus, duo statim maximi atque capitales errores patefiunt, quibus æque atque turpissimis næuis notatum feudale ius deprehendimus. Italis datæ & priuatim collectæ beneficiariæ leges peruerso conatu Germaniæ diuersissimis ceterisque longe antiquioribus & iustioribus moribus sunt suppositæ. (g) Ex iis in Italiæ scholis eruditi iura

*Longobar-
dicarum
legum feu-
daliū ad
Germ.
mores per-
uersa ad-
plicatio.*

H 2

reddere

(g) Sane in Germania nostra feudalia instituta ipsis prope-
modum reipublicæ primordiis æqualia deprehendimus. Certa feudorum iura minimum a Carolingorum ætate in-
ter nos constituta: quod ex multis Caroli M. atque Lu-
douici Pii Capitularium capitibus satis patet. Ita Capit. II.
an. 812. cap. V. pag. 494. dicitur: *Quicumque ex eis, qui be-
neficium principis habent, parem suum contra hostes commu-
nes in exercitum pergentem dimiserit, & cum eo ire aut sta-
re no-*

*Feudalia
instituta in
Germanis
antiquissi-
ma.*

reddere cœperunt antiquiores, ex iisdemque ius instruxerunt doctores recentiores fere omnes. Qui
 primi

Longobardica feudalia iura a Francis Germanisque haud dubie constituta.

re noluerit, honorem suum & beneficium perdat. Capit. IV. an. 860. cap. III. pag. 611. Quicumque suum beneficium occasione proprii desertum habuerit, & intra annum, postquam ei a Comite vel a missis nostro notum factum fuerit, illud emendatum non habuerit, ipsum beneficium amittat. Contra in Longobardia a victoribus demum Francis feuda videntur esse introducta, & ut primum communi Francorum iure Longobardi usi essent, deinceps noua & singularia iura a nostris imperatoribus ipsis ad parendi arctiorem conditionem imperata. Eo videntur respicere Radeuicus lib. II. cap. 7. & maxime Otto de S. Blasio cap. XIV. Prior ante legem Friderici Italiam latam, quæ etiam habetur II. F. 55. Ad ultimum, inquit, de iure feudorum, quod apud Latinos scripto nondum sufficienter expressum fuerat, & pene omnes eam beneficiorum iustitiam in iniustitiam conuertebant, leges promulgauit. Quæ verba versibus etiam expressit Guntherus Ligur. lib. II. vers. 590 seq. Alter longe clarius, Fridericus, inquit, imperator conuocatis omnibus *ITALICIS BARONIBVS* generalem curiam apud Roncaliam cum maximo principum conuentu celebrauit: ibique renouatis antiquis legibus nouas de suo promulgauit, ac diuersis imperii negotiis expeditis iura desueta in consuetudinem reduxit, & *QVO IURIS GENERE CIVITATES ITALICAE SVBIACERENT IMPERIO*, iudicialiter exquisiuit. Ex quibus testimoniis primum clarissime potest perspici, non istas leges nisi Italiam datas esse, ut scirent, quo iuris genere ciuitates Italicae subiacerent imperio. Deinde inde colligo, longe recentiora hæc Italiam data iura fuisse Germanicis. Licet enim antiquæ memorentur leges, haud dubie tamen illæ fuerunt Francicæ. De Italiam enim diserte dicit

primi omnino in ipsa patria nostra feudalibus institutis colligendis operam nauarunt, iam ante Longobardicis placitis imbuti non Germanicum genuinum feudale ius descripserunt, sed magnam partem peregrinum

H 3

num

dicit Radeuicus, *ius feudorum apud Latinos (Italos) SCRIPTO NONDUM sufficienter expressum fuisse*. Si apud Italos vero nondum scripta lex erat, videtur tamen innuuisse scriptam apud Germanos. Qualis forte passim legitur in Capitularibus; aut qualis repræsentatur in libro veteri *de beneficiis*, quem a Frehero promissum multisque eruditorum votis expetitur tandem Jll. Thomasius dedit, & non vilibus argumentis antiquiorem Longobardicis legibus ostendit. Diuersas denique a Germanicis moribus Longobardicas fuisse leges, & eadem probare possunt testimonia & nemini cetera potest ignotum esse. Non iniquum autem esse, illo modo Italis imperatas leges in Germaniam cura opeque doctorum nostrorum inuasisse; quis statuerit? Imo eo id magis iniquum censendum, quo præter imperatorias haud multas sanctiones, reliqua feudorum libri tantum priuata nituntur auctoritate, & ægre in Italia plenam vim legis obtinent, nedum ea in Germania pollere queant. Vt de collectoribus Longobardici feudalis iuris aliquid addam, censentur illi duo Mediolanenses consules Gerhardus Niger & Obertus de Orto fuisse. Communem tamen sententiam eo veriore non esse; sed potius incertum quendam priuatum fereque indoctum illas consuetudines confarcinasse: & probat scriptorum illius æui æqualium de collectione hac eiusque veris auctoribus silentium, & crebrior ad consulum illorum placita prouocatio, & Mediolanensium morum non rara reprobatio, & repugnantium sententiarum copia, & demum maior adhuc ordo, quam quem duo obseruarint collectores.

Vbi primum feudales consuetudines scriptae?

Longobardico iuricū Germania nihil commercii.

Qui collectores Longobardicorum iurium?

num forisque acceptum ciuibus suis obtruserunt. (h)
Id iam ab Ottonis IV. vsque temporibus, maximeque
deinde

*Historia
peregrini-
tatis in no-
strum feu-
dale ius
inuectæ.*

(h) Laudatus vetus liber de beneficiis multam saltem par-
tem puriora Germanica instituta nobis exhibet: quod sa-
tis abundeque Thomasius in dissertatione eruditissima, *de
auctore, fatis, vetustate, atque usu illius libelli* exposuit.
Verum & Saxonicum atque Alemannicum ius feudale mul-
ta peregrinitate, hoc magis adhuc tamen, quam prius, in-
fectum est. Quæ glossæ vtriusque iuris habentur, longe
maxime & ineptissime miscent omnia. Vis Ant. Mincucci-
um de Prato Veteri, qui *de feudis* ad Sigismundum impe-
ratorem libros exarauit. Totus iste est Longobardicus,
nilque minus quam patria sapit instituta. Vnde qui eius
libros tanto studio exoptarunt eruditi, vix eo viso lecto-
que peregrinam doctrinam nausearunt. Seculis recentio-
ribus quot fere doctorum nostrorum feudale ius tractarunt,
sequuti illos Italos *illustrissimos, & magnificos*, qui vulgo
audiunt, *incomparabiles, & iuris feudalis monarchas, pa-
tres & aurigas*, quæ elogia eorum collecta dedit Jll. Tho-
masius de usu libri *de Benef. n. XXV. pag. 325.* omnes, in-
quam, vnis Longobardicis placitis imbuti fecerunt de-
mum, vt, quantum per eos licuit, pene omni obliuioni
Germanicæ genuinæ consuetudines datæ fuerint. Puto
postquam Hugolinus, aut quisquis is alius fuerit, Longo-
bardicarum consuetudinum collectionem corpori iuris ad-
iecit, huius potissimum attonitam venerationem fecisse, vt
simul ab ignaris aut arte quadam negligentibus patriæ hi-
storix doctoribus Longobardica doctrina Romano iuri ad-
iuncta foueretur atque excoleretur: vnde in scholis faci-
le triumphare & inde in ipsa passim fora, licet maxime
contradicientibus iis, quorum intererat, cœperit inuadere
atque inuolare. Hæc breuis est peregrinitatis in nostrum
feudale ius inuectæ historia.

deinde Sigismundo imperante, conquesti Germaniæ
viri principes, pessime sibi aliena imponi iura patria-
que sub iis fere succumbere. (i) Quem latent deinde
etiam

- (i) Otto IV. in Francofurtanis comitiis, cum peregrina iura *Imperato-*
viderentur inualescere, iureiurando obstrinxit principes, ut *rum &*
vetera tuerentur iura. Ita Gotfridus Monachus S. Panta- *Imp. ordi-*
leonis Colon. ad an. 1208. Rex primo, inquit, deinde ceteri *num primo*
principes iurant firmam pacem terra marique seruandam, o- *stidia con-*
mnes iniustas exactiones vectigalium deponendas, omnia etiam *tra pere-*
iam a Carolo Magno instituta obseruanda & tenenda. Quæ *grina iura,*
verba ab aliis auctoribus confirmata repetit in *Apologia Ott.*
IV. Henr. Meibomius: *Actum est Francofurti - - - de*
institutis legibus & consuetudinibus a temporibus Caroli M.
in presens usque usurpatis, sed bellorum tumultibus non pa-
rum labefactatis, auctoritate publica reuocandis roborandis-
que. Fridericus II. postea non minus solerti cura cauit,
ut vetera seruarentur iura, non imbecilli argumento, iam
tum peregrinitatis introductionem in Germaniam tentatam
esse. Gotfridus Mon. ad an. 1235. pag. 400. Curia celeberrima
apud Maguntiam indicitur, vbi fere omnibus principibus
regni Teutonici conuenientibus pax iuratur, *VETERA IVRA*
stabiliuntur. Imperante Sigismundo adprime id actum, ut
omnis arceretur peregrinitas, maxime in feudali iure. In
comitiis Noricis an. 1431. inter alia hæc ab illo proposita
deliberanda: *Item gedenket zu rotschlagen, wie das die al-*
ten Rechte und Gericht gehant habent werdent, und iren Gang
gewinnent, noch dem und das von älter herkummen. Item
und obe yemand sich dowider setze, wie man den dozu halten
sollte. Constantiæ copiosum decretum, ne vnquam nisi
Germanica feudalia seruentur iura an. 1417. a Sigismundo
editum: quod exhibet Goldastus *Reichs Satz. P. II. pag.*
90. Ibi inter alia multa, quæ huc faciunt, pronunciatum
legitur:

etiam centies repetitæ plerarumque Germaniæ provinciæ ordinum de peregrinorum iurium intolerabili auctoritate querimoniam? (k) Nil autem querelis

legitur: *Nachdem und wir hie in Teutschen Landen zum Rechten sessen, als ein Rœmischer Kœnig, und Herzog Ludwig und Herzog Henrich vorgeant, beyde teutsche Fürsten waren, und zum Reich gebœreten, und die Sach teutsch, und umb des Reichs Leben wære, die in teutschen Landen gelegen waren, und wir ihn beyderseits ein Teutsch Recht mit Teutschen Fürsten besetzt hatten, und beyde Theil mit Teutschen Fürsprechen furgestanden, und ihr Sach nach teutschen Rechtens Gewohnheit furgelegt hatten, so sprechen sie zum Rechten, was ieglicher Theil furlegen wolte, es wære Brieffe, Worte, oder andere redliche Kundschaften, daß er das in Teutschen und nach Teutschen Rechtens Gewohnheit durch seinen Fursprecher thun und furlegen sollte.* Quo nunc magis inde adparet, quicquid alibi Goldastus aliique perperam statuerint, minime potuisse Mincuccium, quantum ad Germaniam pertinet, conatus suos Sigismundo probare, saltem minime impetrasse, vt descriptum ab eo ius Longobardicum commendaret Germaniæ, quam post Ottonem IV. Fridericum II. aliosque, quos præterimus silentio, imperatores, & ipse tanto studio patrii iuris tenacem observantemque esse iusserit.

Querimoniam communes de feudali peregrino iure inuecto.

(k) Aucta & maioris cum tempore facta, doctoribus nostris strenue agentibus, Longobardici, quod demum *commune* adpellari cœpit, feudalis iuris in Germania auctoritate, auctæ etiam deinceps querimoniam, & vindicatio patrii iuris serio passim flagitata. Si recentiora tempora respexerimus, præcipue contestationum peregrini iuris inique patriis moribus oppositi plena est Wern. Thummermuti *vo-tiua relatio compromissi feudalis inter Archiepiscopum Colon. capitu-*

relis hisce æstimatis, vt cœperant, perpetuo domina-
ri in feudalibus Germaniæ foris Longobardicæ leges.
Sed, quam diuersa sunt patria a Longobardicis insti-
tutis, quis neget, inuecta tanta peregrinitate insigni-

I

bus

*capitulum & statum patriæ nobilitatem, vulgo notior titu-
lo Krumstab schleust niemand aus: quam ipsam, cum nuper
admodum Celeb. Kressus erudita præfatione & nouis ac-
cessionibus auctiorem eruditis, quibus ob raritatem ægre
nonnunquam visa esset, restituerit, ad cognoscendam que-
relarum iustitiam iuuat consulere. Memorabilis etiam est
querimonia ordinum Silesiæ atque Lusatia, quam eodem
recurrentem vetustis ex protocollis protractam me alicubi
legisse memini. Es seye zu beklagen, daß man die Lebens-
Strittigkeiten auff Vniuersitäten schichte, deren Facultaten
keinen Begriff von den Teutschen Lebn hatten, ihre Lebn-
Gewohnheiten durch die Longobardischen Geseze zu unwie-
derbringlichen Schaden und Nachtheil verkebrten, und die
Landes-Stände mit den Landes-Herren in Zerrüttung und
confusion brachten; daß seit dem die Lebens-Sachen Ræ-
misch und Longobardischen Juristen in die Hande kommen,
die Teutschen Lebn-Gewohnheiten in 50. Jahren so viel Ver-
wirrung gelitten hatten, daß zu besorgen stünde, es würden
selbige in weniger Zeit sich vollends aus dem Gedachtnis der
Menschen verliehren. Man solte deswegen die Lebn-Sachen
in ieder prouinz allein bey den Mann-Gerichten lassen, und
die assessores derselben sich nach der Wissenschaft der Rech-
ten und Gewohnheiten des Landes fleißig nachsehen. Quæ
vtique iustæ querelæ idem volunt, quod paulo supra o-
stendimus, ipsos Germaniæ Principes Sigismundo imperan-
te impense postulasse & Cæsaris accedente sententia facile
impetrasse. Postquam hodie autem tanto tempore pere-
grinitas passim inualuit, patriæque moribus se supposuit,
non eius ultra tam facilis, qualis in initiis futura fuisset,
superest expugnatio.*

*Diuerſæ
Germani-
niæ, Itali-
cique re-
gni for-
mula.*

bus næuis ſordibusque Germanicum beneficiarium ius oneratum & pene oppreſſum eſſe? Quem viſ vero alium tanti inquinamenti fontem, niſi craſſiſſimam hiftoriæ noſtræ ignorationem, profiteri? (1) Nemi- nem veſtrum fugit hodie, qua formula Longobardi- cum regnum imperio noſtro fuerit ſubiectum. Pa- ruit Italia, imperauit Germania. Hæc dedit leges, illa accepit. Ex parendi relicta Italis gloria æſtiman- dæ leges ipsis latae. Voluerunt imperatores noſtri, voluerunt Germaniæ, qui omnes erant in imperio, principes, vt Italiæ homines, quos nouo ſenſu voca- bant, per ipſa feudalìa iura pleniori adſuefierent pa- rendi conditioni. Inde duriores ipsis imperatæ be- neficiariæ leges, quam vnquam paſſæ forent ingenuæ Germanicæque libertati adſuetæ maiorum noſtrorum mentes. (m) Contra in Germania ſingulæ prouinciæ earumque

*Hiftoria
Germ. par-
tim ignora-
ta, partim
neglecta a
feudaliſ iu-
riſ doctori-
bus.*

(1) Ea ætate, qua primum ſtudium feudalìa iura deſcriben- di inter Germanos coepit, patria hiftoria prorsus ignora- ta eſt. Deinde iſta quidem magis magisque exculpta eſt, non magis tamen doctõribus ad eam attendere, patriſque moribus feudalìa ſua placita adaptare placuit. Satis rei actum ipsis viſum, ſi peregrinum ius, cuius veneratione ducti erant, ſedulo obſeruarietur, & illuſtriſſimæ ſententiæ antecellorum Longobardicorum Germaniæ porro obtru- derentur. Vbicunq; ergo hiftoria docere debuiffet Lon- gobardici Germanicique iuris differentiam, illius ignari immenſum omnino errarunt. Quorum errorum iſ hoc loco præcipuus, quo neſcii diuerſarum Germaniæ atque Italiæ formularum huius iura alteri imponere atque impe- rare conati ſunt.

(m) Italiæ formulam, Longobardicorumque iurium natu- ram

earumque duces, principes, comites, imo aliquandiu
nobiles comitiis imperioque adeo ipsi interfuerunt
I 2 atque

ram commode auctores docent. Rebelles continuo Itali *Italiae forma,*
erant, adeoque armis cogendi. Ita Otto Frising. *lib. II. Longobar-*
cap. 13. Principem, ait, cui voluntariam exhibere deberent dicorum
subiectionis reuerentiam (Italici) vix aut nunquam reueren-
ter suscipiunt, vel ea, quæ secundum legum integritatem san-
ciuerit, obedienter excipiunt, nisi eius multi militis adstipu-
lacione coacti sentiant auctoritatem. - - - Ex quo fit, vt,
principe adueniente, plurimæ ciuitates, oppida, castella, quæ
huic iustitiæ vel omnino contradicendo, vel integraliter non
persoluendo, reniti conantur, ad solum vsque prostrata pro-
teruia sua documentum posteris ostendant. Eo modo tum
etiam Longobardi armis a Friderico I. coacti obsequia ali-
quandiu præstiterunt. Iuramenti Italici formam videsis
apud Radeuicum *lib. I. cap. 19. & eam Germanici sacra-*
menti formulis longe duriores reperis. Iterum postea
rebelles Longobardi, præcipue Mediolanenses, post mul-
tas variasque clades ægre rursus in gratiam recepti. Tum
vero non decreuit modo Fridericus seueriores eis leges
imperandas, sed ipse etiam Mediolanensis Pontifex eas
communi nomine acceptauit. Libero imperio, non vt
apud Germanos comitali consensu, præscriptas loquitur
ille Pontifex apud Radeuicum *lib. II. cap. 4. Scias omne*
ius populi in condendis legibus tibi concessum. Tua voluntas
ius est. - - - Quodcunque enim imperator per epistolam
constituerit, vel cognoscens decreuerit, vel edicto præceperit,
legem esse constat: nempe in Italia, sed, quod non minus
constat, minime in Germania. Ipsas deinde sanctiones
promulgatas, iudicia administrata, & feudalia etiam iura
statuta, quæ omnia ad arctiorem parendi conditionem ad-
parata erant, copiose enarrat idem Radeuicus cap. V. VI.
Generatim vero ad hanc formulam respiciens Otto de S.
Blasio

atque præfuerunt. Quid hos sponte sua putemus illis peregrinis illisque tam duris adscribi voluisse feudalibus sanctionibus? Nos liberiora longe, imo liberissima patriæ instituta docet verior historia. (n) Per
solam

Blasio *cap. XIV. Fridericus, inquit, imperator conuocatis omnibus Italicis Baronibus generalem curiam apud Roncaliam cum maximo principum conuentu celebrauit, ibique, renouatis antiquis legibus, nouas de suo promulgauit, ac diuersis imperii negotiis expeditis, iura desueta in consuetudinem reduxit, & QVO IURIS GENERE CIVITATES ITALICAE SVBIACERENT IMPERIO, iudicialiter exquisiuit.* Vbi & quæ sequuntur reliqua Ottonis verba abunde ad eam demonstrandam Italiæ formulam, quæ maxime a Germanica distat atque discrepat, faciunt.

*Germaniæ
dissimilima
formula,*

(n) Egregie Fridericus imperator & parendi conditionem Romanis Italisque imperandam, & gloriam imperii Germanicis principibus tribuendam prosequitur. Ita ex eius ad Romanos ore Otto Frising. *hist. lib. II. cap. 21. Vis cognoscere antiquam tuæ Romæ gloriam, senatoriæ dignitatis grauitatem, tabernaculorum dispositionem, equestris ordinis virtutem & disciplinam, ad conflictum procedentis intemeratam ac indomitam audaciam? Nostram intueri Rempublicam. Penes nos cuncta hæc sunt. Ad nos simul omnia hæc cum imperio dimanarunt. Non cessit nobis nudum imperium: virtute sua amictum venit, ornamenta sua secum traxit. Penes nos sunt consules tui: penes nos est senatus tuus: penes nos est miles tuus. Proceres Francorum ipsi te consilio regere, equites Francorum ipsi tuam ferro iniuriam propellere debebunt.* Radeuicus *lib. I. cap. 27. ex eiusdem ore pauca hæc de consortione imperii Germaniæ ordinibus debita affert: Imperii, inquit, Romani APVD NOS MINISTERIUM, AVCTORITATEM PENES VOS, qui*
optima-

solam proinde incertitiam diuersarum imperii Italicique regni formularum, quam inepta Romani iuris, cui Longobardicum erat adiectum, aluit veneratio, inuenta demum sensim pedetentimque foeda in patrium nostrum ius feudale peregrinitas. Vis callidas potius artes dolosque eorum, quorum interfuerit, intercessisse. Vt tum aliquid tibi facile largiar, illi tamen ipsi minime successissent, nisi verior Germanici status notitia passim obliuioni dari cœperit. (o) Agnito

Earum neglectus fœcunda errorum mater;

I 3

cete-

optimates regni estis, recognoscimus. Hoc rerum statu explorato, neminem putem adeo stupidum futurum, qui Longobardicas leges a Germanis deliberato animo susceptas esse, asseruerit. Sed quod primo factum esse per adductas rationes ægre aliquis somniauerit, nec deinde vquam legitur admissum. Vnde hodieque omnes & illi ipsi doctores, qui magna peregrini iuris ducuntur veneratione, fatentur demum ingenue, nulla imperii lege siue scripta, siue tacita, sed solo vsu scholæ forique, Longobardici iuris auctoritatem niti. Quem improbum vero vsum soli patriæ historiæ ignorantia & negligentia recte tribui, hactenus satis apparuit.

abhorret a Longobardici iuris legitima receptione.

(o) Prima profecto introducti in Germaniam peregrini iuris occasio ea exstitit, quod studiorum causa Italicas ad-euntes academias illud in iis docti domum retulerint, & ignari diuersorum Germaniæ Italiaeque iurium, & principibus nostris, non minus sæpe iurium suorum incallidis, illud commendarint, & ceteris popularibus multis modis obtruserint. Accessisse deinde ad magis probanda Longobardica iura nouas rationes, diuersaque alia consilia, minime negauerim. Vt imperatores non paucos nouimus astute consiliatos esse, qua possent ratione augere potentiam suam: ita non videtur esse improbabile, consilio

Rationes inuecti peregrini Longobardici iuris: Italica studia;

Caesarum nonnunquam artes;

illos

ceterum nunc næuo, næuique occasione turpi errore ex historiæ orto ignorantia, promptam rursus ei melam delam

illos nonnunquam Longobardica iura probasse, quibus inuectis, non exigua emolumenta iuribus suis accessura sperare poterant. Forsitan, ut ipsi eo certius potirentur votis, suasere etiam principibus, ut Longobardico iure vterentur in ditionibus. Sane Nic. Vigelim legimus Carolo V. consilium dedisse, ut in vniuersum introduceret in Germaniam feudale ius, certissimum stabiliendi maioris dominatus subsidium. Constat ex Thummersmutio passim, Colonienses Pontifices non alia ratione, quam quod patriæ feudalia instituta liberiora suis obesse commodis censerent, priuilegia ab imperatoribus ius commune introducendi petiisse. Bambergensia feuda eo nomine tota fere Longobardica, ceterisque adeo Germanicis longe duriora sunt, quod Italici quidam episcopi, Italicis inuectis iuribus, suæ dominationi adprime prospexerunt. Satis ita intelligimus, non artibus caruisse consiliisque feudalis iuris inter nos introductionem; quam quidem prima quodammodo manu verioris historiæ nostræ promouit inscitia. Verum etiam nouimus, artes illas subinde a principibus & prouinciarum ordinibus agnitas, & acriter contra eos dictum esse. Testimonium supra allatum ostendit, Sigismundo imperante adprime postulasse nostros principes, ne aliis iuribus, nisi Germanicis, ipsorum feudales curæ subiicerentur. Modo etiam antea legimus ordinum Silesiæ Saxoniamque contestationem, quam inique sibi obtrudantur Longobardica iura. Quantum Coloniensis nobilium ordo contra Pontificis sui artes dixerit, instar omnium Thummersmutius copiose ostendit. Quæ etiam perpetua variorum principum & prouinciarum ordinum contradictio effecit demum, ut historia nostra præcipue resuscitata, non plene tenuerint vota, qui iure hoc Germaniam

*Principum
imperii
consilia.*

*Qui plena
Longobardici feud.
iuris receptio impe-
dita fuerit?*

delam suppeditabit curatior historiae nostrae indagatio. *& solers
obseruatio
optima
errorum
medela.*
Totum quod qualeque solo receptum vsu nunc habemus feudale ius, minime quidem repudiabimus: sed peruestigare sufficit, quae peregrina a nostrisque moribus aliena in illud inuaserint. Haec cum historia declarauerit, vsus ultra defendet nullus, doctorumque auctoritas nulla tuebitur. Verum expositis luci, seduloque resectis, quae perperam sunt admixta, placitis, cetera potius, quae remanebunt, natiua Germaniae instituta non manca mutilaue, sed eo erunt perfectiora, quo magis mistura omni exempta atque libera. (p)

IV. Quod

maniam onerari conati sunt. Ceterum qui ipsi minores vassalli seu ministeriales iam seculo duodecimo exeunte se libro nouo, qui *vsus feudorum*, Germanice *das Lehn-Recht*, Cur aliquid dicitur, defenderint, quam insolentiam conquesti sint *quando ipsi
vassalli
Germ. ad
Vsus Feudorum pro-
uocant?* quaedam sacra collegia; quod ex plenae fidei diplomatibus memorat Jll. Ludwigijs in praefatione de *Iure Clientelari* *Vsus Feudorum pro-
uocant?* Germ. num. VIII. pag. 8. & deinde cap. I. pag. 12. in notis testimonio diplomatis a Bröwero lib. III. c. 18. pag. 266. adducti probat: minime rei istius, cum durioribus legibus ipsi delectati esse vix credi queant, veram rationem colligo: nisi, quod ipse Ludwigijs opinatur, non tam ad Longobardica iura, quam illa tunc nata specula respexisse videantur. Quod si est, & colligo non minoris peregrinitatis illa specula rea fuisse habita, quam ipsa Longobardica iura; & deinde iudico, licet illa a patriis moribus aliena a primis initiis fuerint agnita, iam tum tamen & peregrinitatis amorem, & crassam patriae historiae ignorantiam id agere coepisse, vt publica lege reciperentur.

(p) Sunt regalia imperii nostri feuda, & illa, quae Landfassica
vocare

IV.

*Feudalia
iura
Germ. ma-
le pro uni-
uersalibus
habita.*

Quod alterum obesse vidimus feudalis iuris integritati, quod videlicet vniuersalia voluerint doctores Germaniæ beneficiaria placita, id porro perquirimus. Errasse scimus doctores antiquiores pene omnes eundem errorem, Germaniamque totam singularis

*Conatus
Itteri.*

*Studium
valde ad-
huc deser-
tum & in-
excultum.*

vocare moris est, toto cœlo inuicem disparia atque diuersa. Vtrisque tamen singularia sunt Germanica iura, quæ Longobardicis legibus inficere prorsus nefas habeo. Quod iam passim vero vtraque mirum in modum ab ipsis illis inquinata & corrupta sunt, qui agnoscere satis differentiam videbantur; eo maiori nunc in iis repurgandis & ad priscam integritatem reformandis cura atque solertia opus est. Peruestiganda tota nostra historia, euoluenda diplomata, legendæ variarum prouinciarum formulæ, scrinia quæuis diligenter perlustranda, vt in momentosis hisce causis euitentur deuia atque in viam reuocentur iudicia. Id in feudis imperii conatum esse scimus Io. Guilh. Iterum, vt eorum singularem indolem declararet. Sed quam autor ille Longobardicis magis iuribus, quam veriori status nostri illis mediis acquirenda notitia, tinctus & imbutus esset, plus sane in illo argumento aliis operæ reliquit, quam ipse vtiliter impendit. In singularium prouinciarum feudis habemus, qui quorundam distincta iura atque instituta exposuerint. Qui plenam omnium notitiam instruere laborarit, nondum occurrit, vt adhuc adeo maxime illud argumentum desertum & inexcultum manserit. Est igitur laborandum omnibus, qui idoneis viribus sibi paratis valent, vt patriæ insignia commoda, quæ beneficiarii iuris legitima instauratio potest promittere, pro virili promoueant. Nihil communis iuris auctoritas nulla lege solo vsu stabilita obstabit, quo minus notent vitia ex illo

gularis cuiusdam regionis instar, quæ vnis prorsus olim vixerit hodieque agat legibus atque moribus, habuisse. Docet autem vel leuiter salutata historia nostra, quam minime siue olim prouinciarum singularium institutis inter se conuenerit, siue adhuc conueniat hodie. Diuersæ erant formulæ Boioariæ, aliæ Sueuiæ, dispares Saxoniarum, & dissimiles Sclauicarum ditionum. (q) Non parum quidem fateor attulit

K

muta-

illo in nostra iura introducta, & resercent in vniuersum peregrinitatem nostris moribus odiosissimam.

(q) Singulares prouinciarum formulas non publicas modo, sed & priuatas, omnis Germaniæ historia ostendit. Ditmarus lib. V. pag. 368. & de Boioariæ & de Saxoniarum singularibus legibus, quas religiose seruarit Henricus II. Imperator, loquitur. De Boioariis hæc: *non decere tam subito eos (Bauaros) abiicere, eiusque CONSTITUTIONIS ANTIQVAE IVS absque consensu eorum frangere.* De Saxonibus, Bernbardus dux, inquit, *cum consensu omnium astante coram rege voluntatem plebis conuenientis aperiens, omniumque necessitatem ac LEGEM specialiter exponens, quid eis misericordie dictis promittere, seu factis vellet impendere, diligenter inquirit. - - - Rex referebat: - - - LEGEM igitur VESTRAM non in aliquo corrumpere, sed vita comite malo clementer in omnibus adimplere.* Adelboldus in vita Henr. S. cap. X. de Boioariis rursus dicit: *LEGEM habent, & ducem eligendi potestatem EX LEGE tenent: hanc nedum ego frangam, quicumque frangere tentauerit, me inimicum habebit.* Wippo in Vita Conr. Sal. cap. VI. Reuersus rex de Ribuariis in Saxoniam ibi LEGEM crudelissimam SAXONVM secundum voluntatem eorum constanti auctoritate roborauit. Otto Fris. Hist. lib. II. cap. 28. *Vetus, inquit, CONSVETUDO PRO LEGE APVD FRANCOS ET*

Prouinciarum Germ. iurium perpetua differentia.

SVEVOS

*Singulis
Germ.
prouinciis
hodieque
sunt sin-
gularia
iura feu-
dalia:*

mutationis veterum prouinciarum plena disturbatio atque amplior dominatus, quem vnanimi demum consensu omnes imperii nostri principes in terris suis impetrarunt. Si vlla tamen varietas iurium, quæ plurima profecto, in prouinciis restitit, eam maxime ostendunt beneficiariæ formulæ. In iis hodieque placet Saxoniae, quod propinquæ non probatur Marchiæ. Silesia, Lusatia, Pomerania, & quot reliquæ prouinciæ singulæ iura habent, quibus differunt inuicem, quæque

SVEVOS inoleuit. Sic Otto de S. Blasio cap. L. Occiso, inquit, Philippo Otto - - - Ottonem Palatinum de Witlinspach, nec non Marchionem de Anadebse, LEGE BAVARICAE sententialiter propter occisum Philippum proscripsit. Arnoldus Lubec Chron. Scl. lib. II. cap. 24. pag. 644. Henricum Leonem introducit dicentem iniuste de se iudicatum esse, se DE SVEVIA oriundum, & nullum proscriptione damnari posse, non conuictum in terra natiuitatis suæ. Idem cap. 35. p. 651. Burgenses, inquit, (Lubecenses) priusquam ei (Friderico Imperatori) ciuitatem aperuissent, exierunt ad eum, rogantes, vt libertatem ciuitatis, quam a duce prius traditam habuerunt, obtinerent, & iustitias, quas in priuilegiis scriptis haberent secundum IVRA SOSATIAE - - - ipsius auctoritate & munificentia possiderent. Quibus crebris testimoniis si ipsas leges primas Germaniæ prouinciarum, quas quidem silentio transimus, addideris, satis iam abundeque de perpetua singularium in prouinciis, præcipue beneficiariorum, iurium differentia constat. Vnde, cum plurimi doctores, qui fortassis Germaniæ feudalitatem instituta non plane insalutata cupiunt, hæc indistincte atque promiscue proferunt, in ipsis quodammodo feudorum initiis illi errasse facile conuincuntur.

quæque nolunt omnino permixta atque confusa. (r)

K 2

Quod

(r) Publicas Germaniæ prouinciarum formulas territorialis, *Superioritas territorialis feudalia prouinciarum iura non oppres- sit aut confudit.* quam vocamus, superioritas principum non parum immutauit. Ita Bauaricam legem & potestatem eligendi ducem deinde exspirasse, non difficiliter colligimus. At feudales & publicas causas & priuatas plurimum deinceps etiam semper ex antiquis, saltem semper ex diuersis legibus & institutis æstimatas esse, non minus adparet. Sic Henricus Leo post superioritatis indubia initia *ad SVEVICAM LEGEM* prouocauit. Contra Otto Bauarus *Bauarica lege* proscriptus est, & feudis exutus. Ericus Lauenburgicus in graui contentione de Saxonie electoratu reiectus *SAXONICA LEGE*, quod Rudolphus elector noluerit ipsum fratremque eius propinquos agnoscere, nec ad vexillum in solenni pompa manum admouerit, nec ut ullius rei participem aut coheredem unquam admiserit: quæ verba sunt Geo. Fabricii *Orig. Saxon. lib. VII. pag. 696.* totum hoc negotium feudale ad eundem modum ex diplomatis copiose simul exponente Celeb. Mullero *in R. Tags-Theatro P. V. cap. 13. pag. 447. sequ.* In priuatis iudiciis feudalibus differentias prouinciarum Germaniæ iurium hodiernas vel potiores tantum enumeraturus, librum facilius scriberem, quam iustum notæ modum facerem. Sunt etiam scriptores singularium horum iurium notiores, quam qui hoc loco a me exscribendi sint. Sane vero me cetera tacente, iniuriam summam Bambergensis Pontifex recte accusaret, si feuda eius ex Coloniensium promiscuorum feudorum iure aliquis æstimare conatus fuerit. E contrario quantum Coloniensis nobilitas molimina Pontificis sui, Longobardicas leges imposituri, impugnauerit, docet Thummermutii *uotiuu relatio.* Saxoniam simultaneam inuestituram Lusatiæ Austriæque vasallis imperaturus, rursus insigniter falleretur.

quas pro-
be conue-
nit distin-
guere.

Quod qui fecerunt autem promiscue feudalis iuris doctores, utique verioris historiae inducti ignorantia in continuos errores ab ipsis quodammodo beneficiarii iuris principiis incurrerunt. Cernere tibi videare quasi vestem ab illis doctoribus consutam, quæ magnis parvisque, crassis & macilentis corporibus, at quam inepte & ridicule! esse par debuit. Hoc agere itaque oportet peritum historiae simul æque ac feudali iure consultum, ut istud rectius instructurus notet primum consuetudines atque instituta, quibus gaudet Germania in vniuersum; deinde vero, ut singularum prouinciarum mores curate obseruet, ex iisdemque saniora vereque patriis moribus congruentia reddat iura. (s)

V.

Præcipuis duobus nævis, qui maxime feudale ius inquinarunt, detectis & eorum medela, quam aliquo abhinc tempore solerti cura eruditi quidam viri adhibere cœperunt, præscripta; facilior nunc via ad singulares notandos doctorum errores, quibus quidem non leues etiam maculæ illi iuri adpersæ sunt. Verum

retur. Et demum in vniuersum certum est, sua cuiuslibet prouinciæ iura integra, facta, tectaue seruanda esse.

Ludwigii
promissa.

(s) Rursus hoc loco eadem meæ sunt cogitationes, quas paulo supra *litt. p. dedi*. Pollicetur Jll. Ludwigius in *præfatione de iure Client. num. XVII. pag. 15.* feudalia instituta eo, quem modo laudo, modo propediem edenda. Quæ, cum dubium non sit, insignibus subsidiis ad hoc opus absoluendum eum satis instructum esse, exoptant omnes, quibus plenior morum iuriumque patriæ notitia curæ cordique est.

rum in memorandis eis non ordine iam versabimur, sed fere, ut succurrent cogitationi, & ut patietur orationis modus, de eis dicemus. Silebimus de Longobardicorum doctorum crassioribus, quos historiae dedit incitiam, erroribus. Marchiam dictam, quia juxta mare sita sit, & inde Marchiones adpellatos, ceteraque nemini facile imponent fucumque facient. (t) At

K 3

abun-

(t) II. F. 10. *Qui de Marchia inuestitus est, Marchio dicitur. Dicitur autem Marchia, quia Marcha, & ut plurimum Iuxta Mare sit posita.* Ineptus error crassam historiae ignorantiam sapit. Marchionatus Italiae plures in mediis terris & prouinciis, quam ad mare. In Germania Austriae, Lusatae, Brandenburgicus, Misnicus, Badensis, alique Marchionatus satis longe a mare distiti. Abundant magis Speculum Iusque Feudale Saxonicum Sueuicumque cum Glossis talibus nugis atque ineptiis, quas aegre puero condonaueris. Titulus speculi Saxonici inter ceteros auctores Saxonici iuris nominat *Constantinos*, apud Goldastum in *Collect. Consuetud. pag. 126. Carolum* non minus absurde iuris illius conditorem habet: sed iste error tolerabilis fuerit. De Constantino magis ridicule, sed ex ipsius opinione titulum speculi magis illustraturus, Glossator ait, *in Ius Feud. Sax. cap. XIX. Ius istud Saxonibus datum a Constantino & Carolo imperatoribus, & in hunc usque diem obseruatur.* Idem nugis augens ad *Weichbildi art. VII. Saxones etenim, inquit, reliquiae Macedonici exercitus fuerunt, nauibusque in hanc prouinciam aduecti Thuringos subiugarunt, regnaque constituerunt, quae & illaesa permanserunt ad tempora Constantini imperatoris, qui eosdem subiugando Christianae fidei initiauit, iuraque prouinciis statuit.* Quae eadem ingeminat *Glossa Spec. Sax. in prologo & ad fabulosissimam speculi narrationem lib. III. art. 44.*

Crassiores errores praeteriti.

Longobardicae gentis.

Specimina nugarum historiarum in Speculis & Iure Feud. Sax. & Sueu. passim obuiarum.

vbi

*Diuisio
Germ. in
milites
male pro
origine
feudorum
venditata.*

abundant doctores nostri erroribus, si non æque futi-
libus, at vix tamen excusabilibus, quibus indicandis
eo vacabimus lubentius, quo facilius porro errandi
occafio inde aliis nasci potest. Quidam integram Ger-
maniam in milites olim diuisam, indeque orta somnia-
runt feuda. Quis vnquam vero prorsus deuictam a
Romanis legit Germaniam, nedum crediderit Ger-
manicam vnã gentem totam suam patriam perdo-
mitam militibus suis dispertiisse? Vis Francos hanc
feliciter gestarum rerum manere gloriam. Enimve-
ro ante hi, quam infesta patriæ suæ inferrent arma,
constituta habuisse leguntur feuda. Ceterum nec
tum militibus adsignarunt agros, cum, quos vicissent
hodie

vbi omnino *Theodosium Minorem* in legislatoribus Saxoniae
annumerat. Saxones de Anglia reduces Sueuos expulis-
se; Thuringos in conditionem Latinorum & dediticiorum
redactos esse; Romanos regna Germaniae prouinciarum in
ducatus vertisse, illustriaque feuda constituisse; Carolum
Magnum Vandalos in totam Germaniam immisisse, eun-
demque de eligendis imperatoribus sanctionem promul-
gasse: omnia eiusdem farraginis in Speculo & Glossa nu-
gamenta sunt. Quorum vltiori recensione, quam fa-
cillime copiosissimam possemus dare, eo lubentius super-
sedemus, quo minus hodiernæ ætati, vt priscis fabulis his-
ce fallatur, metuitur. Hoc vero mirari conuenit, dum
nostra hodie historia egregie est exculpta atque explorata,
esse tamen ex recentioribus doctoribus, quos multo no-
mine non minus Longobardicos dixerim, qui, quoties oc-
cafio datur, non futilitate atque fabulositate ab ipsis se
vinci vetustis glossatoribus patiuntur. Sed per modesti-
am parco proferendis exemplis, quorum non pauca col-
lecta habeo.

hodie Germanos, continuo ciues publicorumque iurium socios reddere consueffent. Quo itaque modo vana hæc beneficiorum origo veriori confutata ruit historia. (r) Qui Longobardos prima constituisse feuda

(v) Cruda quorundam opinio, quasi plane in milites Germania fuerit diuifa, non ampliori confutatione eget, ac quam historia vel leuiter salutata fuppeditat. Cum Franci Germanicas quasdam gentes deuincerent, longe benignius cum illis ac cum Gallis actum. Iam de his tamen Gregorius Turon. *Hift. lib. II. cap. 36.* dixit: *Multi ex Gallis habere Francos dominos summo defiderio cupiebant: magno iftud molliffimi regiminis argumento.* Quo magis adeoque cenfeamus, Germanos, quippe deinde in ipfam Francici imperii confortionem admiſſos, nil habuiſſe, quod durioſam conditionem, nedum agros ſibi ereptos militibusque diuiſos conquererentur. Ceterum cum ſtabilitate Francica in Germanis clientela feudali nexu proceres atque primores gentium magis adſtrictos fuiſſe, beneficiaque adeo inſtituta impenſius firmata, minime negauerim. Tum vero Germaniæ nullæ leges impoſitæ, niſi quas ipſam dudum antea probaſſe alibi declarauimus. Si qui porro poſt Saxoniam a Carolo M. deuictam feuda primum inſtituta, & dum demum regiones militibus diſpertita narrant; non ii minus hiftoriæ repugnant. De qua vero opinione ſigillatim infra inquiremus. Occurrit mihi adhuc noua Celeber. Trieri opinio in *Animadu. ad Strykii Examen Iur. Feud. pag. 4. ſeq.* Reliquo Germaniæ ſtatu commode declarato, *ſi hoſtem, inquit, domuerant, (Germani) regio occupata diſtribuebatur militibus, incolæ in ſeruitutem redigebantur. - - - Cum vero communis ſalus exigeret, ut poſſeſſores horum prædiorum militando ea ſicut acceperant, ita tuerentur, quia fere continuum vicinorum aduerſus vicinos bellum*

Germania
nunquam
in milites
feudi no-
mine diui-
ſa;

nec
unquam
Saxonia.

Trieri ſen-
tentia

Longobar-
dis feudo-
rum prima
institutio
incommo-
de tributa;

feuda iureconsulti pene omnes olim narrarunt, non pene minus lapsi historiæ ignorantia. Francos constat a Clodouæi vsque tempore, & paulo ante eos in Italia Gothos, feuda distribuisse aulæ ministris & militibus.

examina-
tur.

bellum erat : lege publica cautum est, ut ii milites, qui officio suo non satisfacerent, prædiis multarentur. - - - Olim continua erant bella inter populos Germaniæ; & pauci sunt inter eos, qui non aliquando a vicinis victi, & quorum agri non inter victores distributi fuerint : quam distributionem iure feudi factam esse ex superioribus patet. Quibus verbis si ea mens esse posset, ut extra Germaniam Germani censerentur occupatas regiones diuisisse militibus; non ista sententia valde foret improbabilis. Scimus tamen, non moris deinde fuisse Germanis, ut victos in seruitutem redigerent, quin potius agrorum magnam partem iis relinquerent, benignasque darent leges. Quod si vero in ipsa Germania quædam putantur prouinciæ cessisse prædæ, indeque nata feuda; non admodum cum historia conspirabit opinio. Præter Ansibarios, Bructeros, Boios, vix gentem Germanicam repererim, quæ ita fuerit victa a vicinis, ut omnino patriis sedibus migrandum fuerit. In ipsis illorum regionibus non militibus diuisa prædia, sed in vniuersum occupatos esse agros, quos secundum dignationem deinde partiti sunt, dicit Tacitus Germ. cap. XXVI. Dubie superiori loco statui, iam prima forsitan ætate ipsos agros comitibus seu vasallis a principibus loco salarii & stipendii attributos esse. Quod si tamen rem coniecturalem adseruerimus, non occupatione hostilium terrarum fuerit opus, ut principes potuisse comitibus prædia distribuere dixerimus. Cum potius secundum dignationem suas accepisse legantur terras, tantum iis facile superfuisse videtur, quantum ad egregii comitatus sustentationem foret satis. Vnde, ut fabulam

putam

Digressio
de agris
iam in pri-
sca Germ.
fortassis
feudo da-
tis.

litibus. (x) Et prima quidem feudalia iura ordinatio-
 ra in Longobardis exscripta esse nemo negat. Hoc
 vero ipsum, quod dominæ gentes Franci & Germani
 feudales leges Longobardis imperarent, his istos an-
 tea non admodum delectatos esse fortassis videtur
 planum reddere. Cur nulla enim beneficiorum in
 Longobardicis vetustis, qualia in Francicis legibus oc-
 currunt vestigia? nisi hanc causam admiseris, quod
 instituta illa Longobardis tum temporis fuerint inco-
 gnita.

L

putam meramque sapit, ex totius Germaniæ in milites di-
 uisione in omnibus eius prouinciis feuda orta esse: ita vix
 tutius statui puto, ex deuictis in Germania bello terris
 quæsitæ esse feudorum occasiones; quin potius ante vi-
 ctorem, in huius spem atque cupidinem, comites siue sti-
 pendiis, siue terris vtendis fruendisque datis, sub perpe-
 tuæ fidei conditione, auctoratos a principibus existima-
 uerim.

(x) De Gothis Herulisque feuda in Italia constituentibus,
 Procopii *de bello Goth.* testimonia in obseruatione prima
 produximus. Addo hoc loco Cassiodori *lib. XII. form. 5.*
pag. 391. verba ad iudicem scripta: *sed, quo facilius vestra*
instauretur notitia, imputationum summas infra scriptis bre-
uibus credimus exprimendas: ut nemo vobis vendat BENEFI-
CIVM, quod PVBLICA noscitis LARGITATE COLLATVM.
Continete ergo possessorum intemperatos mores. Vbi clarissime
 patet, a Cassiodoro *beneficii* nomine compellari feudum a The-
 odorico rege passim bene meritis collatum. Francos a Me-
 rouingica ætate vsque feuda distribuere consueuisse, iam
 ab Alteserra, vt fileam recentiores, clare demonstratum
 nouimus. Vnde Feudorum ante Longobardorum in Italiam
 aduentum ordinatio satis modo euicta haberi potest.

*Feudorum
 in Gothis
 mentio.*

gnita. (y) Quod non pauci aut Saxonicas veteres narrationes sequuti, aut singularibus moti rationibus, primum

Longobardi
minime
feudorum
auctores
censendi.

Digressio
de errori-
bus circa
patriam
Longobar-
dorum
commis-
sis.

An Longo-
bardi feu-
dalia iura
a Francis
demum ac-
ceperint,
vtrum ipsi
ea ex pa-
tria attu-
lerint?

(y) Longobardos primos feudorum auctores existisse, communis quondam doctorum omnium, quotquot Germaniæ institutorum horum inuentorum laudem vindicatam vel-
lent, fuit sententia. Quæ cruda sententia, quantumuis Petrus Heigius *qu. 1. num. 11.* eam difficillime putet con-
uelli posse, ideo prorsus tamen reprobatur, quod ante Longobardorum expeditionem diu in Germania & in Fran-
cis præcipue frequentata leguntur feuda. Si qui vero cum Struio, B. Hornio, & aliis primordia feudorum in vniuersum Germaniæ adscribunt, iis facilius deinceps largiemur, non prorsus improbabile videri, in reliquis Germanis ipsos fortassis etiam Longobardos domi feudalia instituta non improbasse. Quæ ipsorum vero patria fuerit? minime hoc loco disquiram. Vide in *Notitia mea Germ. Ant. lib. V. cap. 4. num. 26. pag. 76. sequ.* copiosam de iis commentationem. Sequuti, quod transeundo moneo, in Longobardicis originibus declarandis alter doctorum omnium alterum. Qui errarunt, oriundos esse *ex Scandia, seu Scandinavia, Dania insula, aut Saxones fuisse Longobardos*; inuenerunt facile, qui, vt fit, totidem verbis errorem excriferunt. Ex mea interim sententia, aptius distinguen-
dum videtur inter iura ordinatiora & primum inuenta. Horum gloriam minime Longobardis tribuendam monui, & denuo iis absolute abiudico; sed accuratius penes ipsos ordinata & descripta esse iura, non admodum dubitabo. Si tum quæris vero, an ipsis illa iustior iurium ordinatio, vtrum Francis victoribus fuerit tribuenda? De his dicam certo constare; prius non liquere satis. Ediderunt Longobardicam legem Goldastus atque Lindenbrogius. Parum tamen aut nihil vestigiorum feudalis iuris licet in ea, si exce-

primum vnicumque Carolum Magnum feudorum auctorem esse iubent; non minorem historiae sapit negligenti- *nec commodius Carolo Magno,*

L 2

si exceperim Francicorum regum aut imperatorum sanctiones, deprehendere: quod longe fecius tamen est in priuatis Francorum legibus. Qui laudantur auctores feudalis iuris, ab ipsis Longobardis ante Francicum imperium probe instructi, nihil prorsus probant. Mutius Chron. *lib. V. pag. 40. dicens, Posthac Insubriam & Mediolanum cap- Rationes extremam quaestionis partem as- firmantes nil pro- bant.* *uidit, quotidie sine intermissione ex Germania plures sequebantur, quibus omnibus possessiones dabantur: nec feudis constitutis vlllo verbo fidem facit, nedum fidem facere, quod recentior scriptor est, aptus foret. Quod postremum recte etiam obiicitur Guid. Pancirollo Thes. Var. Lect. lib. I. cap. 90. fin. scribenti: Ego feudorum, quae nunc habemus, formam a Longobardis emanasse arbitror. Tringinta enim ducibus ab ipsis post mortem Clephonis creatis, cum ipsorum regnum pessum iret, regnum renouarunt, & Autharim Clephonis filium crearunt. Is ducibus vrbes, dominio supremo sibi reseruato, concessit, quas ad stirpem virilem tantum transmitti voluit. Si scilicet haec verba eius temporis aequalis cuiusdam forent historici, bene constaret opinioni Longobardis ipsis feudorum iustam ordinationem adscribentium. Dum vero sine teste & auctore ex solis haec coniecturis nouus auctor Pancirollus memorat, parum fidei meretur. Scribit quidem Paulus Warnefridus Hist. Longob. lib. III. cap. 16. de Authari rege electo: Huius in diebus ob restaurationem regni, duces qui tunc erant, omnem substantiarum suarum medietatem regalibus vsibus tribuunt, vt esse possit, vnde rex ipse, siue qui ei adherent, eiusque obsequiis per diuersa officia dediti, alerentur. Nihil autem est in hisce Warnefridi verbis, quod constitutis*

*aut Scan-
dinavia
priscis po-
pulis.*

gligentiam. Facile eis poteramus largiri, a Carolo illo feudalia esse exculta magis atque ordinata instituta: at ab eo primum introducta nemo rite probauerit. (z) Scandinaviam feudalium consuetudinum matrem

*Prioris
partis
quaestionis
coniectura-
lis affirma-
tio.*

stitutis ex Pancirolli sententia feudis vel leuissimam fidem faciat. Quæ cum sint ita, Longobardos fere existimo, licet fortassis in patria sua feudalium institutorum non prorsus ignari fuerint, in Italia tamen a Francis magis accepisse, quam ipsos introduxisse feudalium consuetudinum certiores regulas. Per me tamen, si modo caueatur a commentis, suo ingenio in coniecturali quaestione definienda quilibet abundet.

*Carolus M.
non Saxoni-
ci feudalis
iuris au-
ctor, nec
Saxoniam
in milites
diuisit.*

(z) Carolum Magnum diuerso modo non pauci feudorum auctorem faciant. Plures, postquam Saxones fuerint perdomiti, aut prouinciam militibus feudi lege diuisam, aut Saxonibus ipsis sub fidei conditione dispertitam narrant. His Saxo speculator cum Glossa, nobiles scilicet duces! præeunt. Sed quam fortassis concedi posset, usu feudorum in Francico regno diu recepto, ab eorum in Saxonia constitutione Carolum non abstinuisse: tam falsum tamen est, siue Saxonum victoriam primam feudis dedisse occasionem, siue scriptas Saxonibus Carolum dedisse leges, siue quod præcipue absonum est, in milites Saxonicas regiones diuisas esse. Est deinde præcipue Th. Franzus, Ictus alias egregius, qui Carolum noua ratione feudorum conditorem probare conatus est. Postquam scilicet Italiam occuparit, Romamque possidere cœperit, tum ait ipsi optimum visum esse tenendi imperii consilium, si feuda usque eo prorsus incognita stabiliuerit, Romanorumque adeo atque Italorum animos beneficiis sibi deuinxerit. Quod prudenter deinde factum non in Germania modo auide statim arreptum, multamque feudis condendis passim operam

*Franzi opi-
nio de Ca-
rolo M. pri-
mo feudo-
rum inuen-
tore*

trem esse, clamant illi, qui septentrionis Sueuiæ regnum eo nomine antiquitus compellatum, summoque vetusto decore corruscasse arbitrantur. Ii vero si didicissent, pleraque, quæ Scandinaviæ gloriæ vertuntur, toti Germaniæ voluisse scriptores attributa; næ desissent credo omnium laudabilia gentium instituta ex Scandinavia contra historiæ fidem solisque commentis innixi arcessere. (a)

L 3

VI. Po-

ram datam esse, sed etiam ob summam principis nostri venerationem vbicunque terrarum laudabili imitatione in ius quoddam gentium verti cœpisse. Sed quæ Franzi sententia singulari a nobis obseruatione confutabitur, præter quod data hac occasione nominanda fuerat, statim dimittitur.

*singulatim
infra ex-
penditur.*

(a) Borealibus gentibus, quantum a ceteris Germanis distinguuntur, in vniuersum feudalia instituta multi adscribunt. Th. Cragius *Feud. lib. I. tit. 4. num. 2. 3. tit. 5. num. 6. pag. 32. 43. 44.* ex eo Joh. Schilterus *Comm. ad Jus Feud. Alem. Rubr. num. II X. pag. 8.* & præterea, quicumque fere Gothis Longobardisque, quos auctores feudorum statuunt, Scandicas origines tribuunt. Quod ad Cragii vero pertinet rationes, quæ adeo Schiltero probantur, tantæ eas auctoritatis esse, mihi quidem minime videtur.

*Borealis o-
riginis feu-
dorum au-
ctores.*

Apud Boreales, ait, gentes iustior fuit semper seruitus & clementior; solebant enim seruorum opera domini tam in publica militia, quam in priuatis inimicitiis sustinendis uti, quum domi rara esset quies, rarior cum vicinis pax; & opera rustica domini vel per se exercerent, aut si in militiam proficisci cogerentur, fœminis vel imbecillioribus mandarent. - - -

*Cragii pro
illa origine
rationes,*

Itaque rara apud Boreales gentes seruitutis mentio, nulla vitæ & necis in seruos potestas. Imo, ut Tacitus scribit, neque animaduvertere, neque vincere quenquam, nisi sacerdotibus permissum. Sic ut liberalis semper apud has gentes fuerit,

VI.

Poteramus in reliquas feudorum nominumque, quibus

examinan-
tur & re-
futantur.

fuerit, si qua fuit, seruitus: seruisque pecunias, id est mercedes & beneficia, domini pro forti & fideli opera tanquam veris militibus domi militiaeque adsignabant. Primum generatim in superiori obseruatione, quicquid Cragius de seruis memoret, incommode admodum ad feudales adplicari rationes declarauimus. Probe monet Tacitus *Germ. cap. XXV. Liberti non multum supra seruos sunt. Raro a-
liquod momentum in domo, NVNQVAM IN CIVITATE.* Licet quidem, quod addit statim, videatur fauere Cragio; exceptis duntaxat gentibus, quae regnantur, ibi enim & super ingenuos & super nobiles adscendunt: parum tamen inde etiam Cragianae sententiae praesidium accedit. Ponamus enim Boreales gentes ab ipsis initiis iusta regna habuisse: non in iis tamen seruos momenti quicquam tulisse Tacitus ait, sed tantum libertos, nec omnes hos, sed quibus singularis obuenerit fortuna regisque fauor. Deinde licet adscenderint quidam super nobiles & ingenuos, nihil tamen inde roboris ad feuda probanda accedit, quantum etiam accurate vim verborum potestatemque expendere. Secundo loco Cragii adducta verba & inter se subinde, & cum Tacito multum pugnant. Modo adprime honestam & liberalem apud Boreales gentes fuisse putat veram, quam describit, seruitutem; modo, an quae prorsus fuerit, dubitat. Tacito, cuius auctoritatem ipse Cragius magni facit, repugnant cetera. Quo modo militiam dominis serui praestiterint? si nullum eorum momentum in ciuitate. Quid rustica opera domini exercuerint? cum iis, Tacito teste *cap. XIV. nec arare terram aut expectare annum tam facile persuaseris, quam vocare hostes, & vulnera mereri: pigrum quinimo & iners cum ipsis fuerit, sudore acquirere, quod possis*

quibus designantur, origines excurrere, & errores nota-

possis sanguine parare: cum teste cap. XV. delegata domus & penatium & agrorum cura fœminis senibusque & infirmissimo cuique ex familia fuerit; ipso id eo tempore, cum domi agerent: cum teste cap. XXV. seruo frumenti modum dominus, aut pecoris, aut vestis, ut colono iniungat, & seruus hætenus pareat. Quid nullum in seruos vitæ necisque ius statueris? cum disertè Tacitus l. cit. paulo antea dixerit. Verberare seruum, ac vinculis & opere coërcere, rarum: ergo licitum tamen & permissum. Occidere solent, non disciplina & seueritate, sed impetu & ira, vt inimicum, nisi quod impune: ergo ius tamen vitæ & necis erat, quo non sæpe in seruos vsos esse, id vero dominorum benignitati tribuendum fuerit. De verberibus & vinculis modo allata oppono inepte adducto testimonio Taciti; quod, quam in solos ingenuos quadret atque nobiles, cetera verba cap. VII. satis probant. Extrema de mercede militiæ adducta subrutis fundamentis eo facilius corruunt, quo magis prorsus vel specie probabilitatis carent. Quando itaque Cragius deinde post memoratas alias de feudorum origine sententias rursus infit: Hac & his similia, Cragii vberior sententia, & amplior sententiae defluvia, apud probatos scriptores, quod sciam, reperiat, nusquam domini directi, nusquam utilis memoria, aut, vt in foro loqui solemus, nullum superioritatis, nullum tenendriæ, nullum denique investituræ monumentum occurrat, neque vlla iura feudalia tum erant, nec prædia fiducia nomine tenebantur. - - - Ex his, nisi me animus fallit, satis constat, feudorum originem a septentrionalibus gentibus defluxisse,

notare, qui tanquam insignes maculæ in feudalium docto-

non minus
conuellit.

Germani-
cae migra-
tiones in-
commode
boreales, &
ineptissime
Scandicæ
vocantur.

fluxisse, & per totum orbem christianum dispersam esse: cum quæque gens, quod sibi proprium & commodum videtur, in suos mores transcriberet. Vellem ibi, quæ multo verborum ambitu proponit, aptius ordinasset atque probasset auctor. Largimur facile in plerisque feudorum originibus, quæ vulgo afferuntur, omnium a Cragio desideratorum ægre vestigia leuissima occurrere: adeoque in iis reprobandis illum parum falli. Sed cum in superiori nos obseruatione in priscis Germanorum moribus multas egregias feudorum notas deprehenderimus, minime Cragio licebit, omnes simul origines isto ipsius argumento proscribere. Nunc demus etiam, in nulla gente ante Boreales migrationes quicquam feudorum simile deprehendi posse; quid inde accedet Cragianæ sententiæ præsidii? Nonne ab eo demum tempore potuissent causæ oriri, quæ feudorum introducendorum imposuissent necessitatem? quales, ut hoc transeundo moneam, Jll. Thomafius *de Orig. Feud. num. XIII. pag. 45. sequ.* quasdam in Merouingico Francorum regno enatas esse erudite censuit. An ergo a Borealibus solis gentibus videantur deinceps docti esse ceteri populi feudalia instituta? Nihil profecto magis absolum aut insulsum; cum præsertim boreales tantum migrationes compellet Cragius, quæ vere erant Germanicæ, & quarum gloriam Scandinaviæ, nisi stolide, nemo tribuerit. Nugas scilicet gerrasque puras putasque habeo, quicquid de vetustissimis ex Scandinavia migrationibus auctores blaterare solent. *Officina illa gentium aut vagina*, quam multi ex veterum quorundam testimonio de Scandinavia interpretantur, vere totam signauit Germaniam, cuius quidem nomen omnes septentrionales gentes simul comprehendisse, facile Cragio scribenti largior; modo non idem, quod de vniuersa

uerfa

doctorum commentariis visuntur. (b) At meminimus,
M

uerfa Germania intelligendum est, solis velit attribuere Scandinaviæ incolis, hosque ad augendam eorum gloriam, quod perpetuo facit, a Germanis rursus distinguere. Quod igitur Cragius borealibus gentibus adsignauit feudorum originem, prorsus ita vt vidimus, frustra est, & adeo Schilterus, dum errorem probauit, non leuiter ipse errasse conuictus est. Præter Cragium vero scriptores Sueci Loccenius, Stirnhelmus, Stiernhockius, Gyllenstolpius, alii, non generatim tantum, vt Cragius eiusque similes auctores, Borealibus gentibus, sed speciatim & nominatim Sue-

Feudorum origo sigillatim Scandinaviae male asseritur.

cicæ Scandinaviæ originem feudorum adscribunt. Quorum vero quædam argumenta modo infregimus, quædam reliqua, quod iusto plus nota hæc excreuit, transmittimus. Hoc transire nequeo silentio, licet in Suecica lingua vox *Feudi*, ita vt veram vim potestatemque nominis exprimat, reperiatur, non ideo tamen recte feudorum originem ex illo regno repeti: namque, quam generalis fuit germanica lingua, in Anglia etiam & variis Germaniæ prouinciis feudi vox facile eandem ac in Suecia originem inuenerit.

Quod de summa veterum Sueonum seu Suecorum fortitudine, militarique disciplina, cui feudorum constitutio præcipue conuenerit, dicitur, cum sine teste dicatur, non maiorem fidem meretur, quam narratus de migrationibus Scandicis. Vnum errorem omnes auctores errant, quotquot de Germania in antiquitate generatim dicta vni adsignant Scandinaviæ. Quæso hoc vero adhuc, si Suiones

Taciti, quod nemo dubitat, sunt, quos Sueones deinde, hodie Suecos nominarunt, qua ratione vulgi narratibus cum Taciti hisce verbis possit conuenire? Ait ipse *Germ. cap. XLIV. Est apud illos & opibus bonos; eoque vnus imperitat, nullis iam exceptionibus, non precario iure parendi.*

Priscorum Suionum fortitudo & armorum exercitatio in ducatum vocata.

NEC ARMA, vt apud ceteros Germanos, IN PROMI-

SCVO,

mus, non nos commentarios recitare, sed orationem habere. In varietate autem feudorum, quam passim docto-

SCVO, SED CLAUSA SVB CVSTODE, ET QVIDEM SERVO, quia subitos hostium incursus prohibet oceanus, ociose porro armatorum manus facile lasciuiunt. Enimvero neque nobilem, neque ingenuum, neque libertinum quidem armis preponere, regia utilitas est. Quo illa vetus Suecorum fortitudo militarisque disciplina, dum clausa omnino essent arma? Sufficit haecenus monstrasse, non leuiter in historia errare, qui vt reliqua laudabilia omnia, ita feudalia etiam instituta ex Scandinauia petere sunt conati.

(b) Ceteros in feudali iure errores praeter historicos nil moramur. In his vero etiam, quantum ad feudorum nominumque origines vulgo expositas pertinet, commode imputare poteramus feudorum imperii, quae *regalia* vocamus, a Caroli Magni ordinatione deductionem. Quam sententiam doctores pene omnes, & in iis praecipuus in hoc argumento Jo. Itterus *de Feudis imp. cap. I. num. 11. pag. 21. 22.* sequuntur; non veriore illam sententiarum consensum puto reddere. Praeterierant tria secula, post quae Carolus rerum potitus est, ante quae vero quatuor insignes Germaniae ciuitates Alemannia, Boioaria, Franconia, Thuringiaque Francico regno coaluerant. Eodem modo in principiis feudales in prouinciis rationes sunt constitutae, quo perdurarunt sub Carolo; nisi quod ille iustioribus legibus easdem definiverit. Duci & comitibus non terra vtenda fruenda, sed regenda, gubernanda, atque iudicanda tradita; cessitque feudi nomine sola dignitas, & in salarium pars praediorum adsignata. Vnam hanc eandemque illustria feudi disponendi rationem caram sacramque habuit Carolus, vt tamen comites quam duces mallet praeficere regionibus. Est igitur contra historiae fidem, quod vulgo imperii regalibus feudis Carolingica origo ad-

*Regalia
feuda imperii non a
Carolo M.
instituta,*

*sed longe
antiquiora
sunt,*

doctores afferunt, præterire nequeo illam oblatorum, quæ adpellant, feudorum ad Germaniæ sub Conrado I.

M 2

statum

go adscribitur. Si vis enim feuda imperii, qualia in Henricorum vsque ætatem durarunt, non hæreditaria, non libera potestate instructa : illa longe, quod modo vidimus, Carolo sunt antiquiora, & primæ cum Francico regno Germaniæ coniunctionis æqualia. Sed forsitan putas, quod Itero placere reperis, ideo a Carolo originem repetendam fore, quoniam ante eum Francicum modo regnum, nullum imperium Romanum Germanis acquisitum fuerit. Quod res vero est, statim dicam. Non Romanum imperium siue Germanis, siue Gallis acquisiuit Carolus, sed genti familiæque suæ. Noua opus erat Ottonis Magni occupatione, vt Romani imperii maiestas Germaniæ pararetur. Vnde non magis isto nomine sententia hæc, quam priori se defendet. Si denique imperii regalia feuda hodierno sensu intellexeris, vbi dominationem non gubernationem terrarum notant ; æque is error crassus foret, ac illepidum alterum est commentum, quod oblatorum feudorum originem in principiis Post-Carolingicæ ætatis constituit. Nouum errorem in originum imperialium feudorum peruestigatione ab iis committi puto, si qui soli imperatorum liberalitati & munificentia illa adscribunt. Vt inquam, qui oblata feuda somniant, duces terrarum dominos fuisse statuunt : sic contra reges atque imperatores imperii dominos atque monarchas hi faciunt, qui tantam eorum crepant munificentiam. Vtrumque veriori historia prorsus confutatur. Cum primum Francicum constitueretur regnum, non proceres atque optimates suis iuribus renunciaſſe, & dominum elegiſſe putandi sunt. Minime hoc. Custodem & defensorem communium iurium regem statuerunt, sub cuius summo præsidio ipsi principes, gubernatores, iudicesque populi prisca libertatis suæ

*ex priori
feudorum
horum sensu;*

*longe recentiora
ex hodierno
sensu.*

*Regalia imperii feuda
non ex sola
regia liberalitate.*

tenacis-

*Chimera
feudalis,
oblata sub
Conr. I.
ducum
feuda.*

*Feudales
principum
leges illepi-
de ad prae-
torium ius
relatae.*

*Errores
circa ori-
gines no-
minum
feudalium.*

statum inconcinnam & historiae oppido contrariam adplicationem. Oblulisse tunc duces nouo regi terras

tenacissimi manerent. Non regi soli, sed populi gratiae prima debuerunt officia. Noua deinde officia regni nomine rex bene meritis principibus contulit: vt suis tamen magis iuribus, populiue fauori, quam vnicae regis voluntati dignitates suas principes referrent acceptas. Istudque deinceps diu perstitit regiae principumque potestatis temperamentum, donec vnanimi consensu post grauissimas turbas mutarentur iura, quae eodem consensu interueniente olim constituta fuerant. Rursus alium historicum errorem in ius feudale inuectum notauit, quo principum nostrorum feudales sanctiones ac leges non ciuili sed praetorio iuri adiudicarunt non pauci doctores. Scilicet illepidata illa est quaestio, vtri iuri accensendum sit feudale ius, an ciuili, vtrum praetorio? Si interim toleretur, errant tamen immensum, qui, cum reliquum commune, quale Longobardicum esse cupiunt, ius ad ciuile adnumerent, huius nomen principum nostrorum negant legibus. Namque & principis statuendorum priuatorum iurium potestas copiaque ducibus principibusque nostris competit, & longe nunc maxime, postquam summo imperio territoria regunt sua, generatim leges, adeoque etiam feudales ad ciuile vtique ius referendas, summo suo iure statuunt. Quae contraria igitur sententia errat errorem longe turpissimum, historiaeque patriae ignorationi aequae ac Romani status peruersae & absurdae aestimationi debitum. In nominis feudorum & Germanici & Latini originibus errorem historicum committere video, qui a *Fidei* latina voce *Feudi*, & a *Leudibus* Francorum Germanicum *Leben* vocabulum deriuarunt. Scilicet primi meminisse debebant, negotio plane Germanico, solique Germanorum inuentioni debito, minime latinam vocis originationem competere. Fidem

ras suas beneficio mox recipiendo, multi dixere; nemo vero ex veriori historia vnquam probauit. Rex non regni magis, quam dux prouinciæ dominus existit. Quid hunc volemus quasi suam regi obtulisse prouinciam, & ab illo hanc recepisse beneficio? Scripserat personatus quondam Seuerinus de Monzambano, vt palato principis satisfaceret. Si leuiter historię curasset fidem, non id Italo, quem præ se ferebat, homini vitio iri versum arbitratus. Qua se nunc autem excusatione minime tueri possunt, qui nil clarissimam erroris declarationem morati porro principia publici status a Germaniæ oblati feudis petere adsueuerunt. (c)

Si qui feuda, quæ Bambergensi præfuli

M 3

electo-

dem quidem necessario præstant vasalli, non fides tamen, sed merces & salarium feudum constituunt: vnde etiam, quæ mercedi notandæ vox Germanica *Feode* conuenit, merito suoque iure latinæ vocabuli origini præferenda fuerat. *Leudes* Francico vocabulo homines, non magis tamen vasallos, quam seruos denotarunt. Vnde rursus, re ista ex historia declarata, errasse conuincuntur, qui a generali *hominum*, licet seriori æuo nouo sensu *homines vasalli* dicti sint, compellatione vocem *Leben* deriuarunt: cum magis ad præcipuam feudalis negotii indolem, quæ beneuola traditione, quam *Lebnen* Germanice vocamus, absoluitur, respicere, indeque vocabulum explicare debuissent. Sed hosce horumque similes, qui mihi facile obuii esse poterant, historicos errores, & orationis institutum sicco pede iussit præterire, & porro nos hoc etiam loco aliis eos curis referuamus.

Voces Feudum a Feode,

Leben a Lebnen dictæ.

(c) Feudum, quod oblatum dicitur, ante omnia definiendum, deinde videndum, quomodo definitioni cum prima feudorum imperii summorum constitutione conueniat.

Quid feudum oblatum?

Esse

electores nostri debent, oblatis accensibunt, in eo nos
facilius

Esse oblatum feudum, dixerim cum Hertio *de Feud. oblat.* P. II. num. 3. pag. 521. feudi speciem, ubi quis rem, quam de suo alteri obtulit, ab hoc velut domino ex pacto receptam, in posterum ipse haeresque eius sub feudali nexu tenet. Res in feudum offerenda iubetur eius esse propria, qui vult eam alteri dare. Ita, ut rem illustrissimo exemplo efferramus, Otto patrimoniales regiones suas Brunsvicenses & Luneburgicas Friderico II. obtulit, & ab hoc insigni ducatus dignitate ornatas feudi nomine in posterum possidendas regendasque recepit. Nisi propriae ipsius fuissent ditiones, profecto frustra oblatum ibi feudum quaesieris. Nunc Germaniae statu paulo antea vel leuiter exposito, statim apparet, quam recte aut male duces Conrado I. regi ferantur ducatus prouinciasque in feudum obtulisse? Erantne prouinciae haec ducum propriae? Minime vero gentium; nec magis, quam regis esset proprium imperium. Temperatum libertate populi, iuribus principum, regisque auctoritate imperium, minime vel huic dominium, vel istis territorialem, quam vocant, superioritatem concedebat. Sub rege duces erant liberi, sub his episcopi, comites, nobilesque ipsi non minus liberi. In prouinciis duci clientelam, in reliquis causis imperio obsequia & officia debuerunt. Omnibus aequum ius veniendi ad comitia, ferendi suffragia, deque summa rerum decernendi. Porro non paucis ius erat prouinciis sibi ipsis ducem praeficere, quem rex ex pacto confirmare necesse habebat. Ad haec duces non nisi precario dignitates transmittere in haeredes, saepe eas iudicio regis atque principum perdere, ab ipsa imo prouincia desereri, expelli, abdicari, loco moueri isto tempore soliti. Nunc quaeso proba oblata a ducibus hisce regi feuda. Ne speciem quandam aut simulachrum quoddam mancipi ditionis reperio, quam potuissent regi offerre. Nar-

Status
Germ. sub
Conrado I.

oblatorum
feudorum
rationibus
plane repu-
gnas.

facilius consentientes habuerint. (d) Quo iterum vero in

re. Narrant ergo somnia puraque commenta, qui oblata ista feuda **CONTRA HISTORIAE NOBIS FIDEM NARRANT**: quod me in *Historia Germ. Vniuers. & Pragm. Tom. I. lib. 4. cap. 8. num. 5. pag. 341.* ingenue & fidenter scripsisse, & argumentis confirmasse, minime pudet pigetque. Monzambanus primus commentum illius auctor fuit, sed persona Itali suscepta vere excusandus visus. Qui alii eum sequuti, praesertim Jll. Ludwigius passim in eius libris, praesertim in *disputatione de Conrado I.* vanis commentum illud rationibus firmare ausi, aegre vel leuissimam probabilitatis speciem illi affricare potuerunt. In re adeoque tam clara, tam perspicua, manifestaeque veritatis conuicta non dubitare conuenit dicam illis scribere, erroremque periculosum arguere, ex historiae non tam ignorantia, quam improba interpretatione in publicum feudaleque ius introductum. Iam illud ante me diu aliquot eruditissimi viri egerunt, & opinionis vitia, portenta, figmenta, ne quid grauius dicam, publicae luci exposuerunt. Ioh. Nic. Hertius *de Feudis obl. P. I. n. 15. pag. 507. sequ.* & ex eo Itterus *de Feud. Imperii cap. 1. n. 12. pag. 24.* vt praeteream alios, iam valida satis ei argumenta opposuerunt. Quod tamen vterque horum plane in contrarium concessere, & prorsus data a regibus, qui soli iuri sanguinis imperium tunc adhuc debuerint, feuda statuerunt; id aequae, vt antea monui, probo quam qui minime. Mediam tenere viam oportet, quicumque cum vera facit historia. Electioni reges debuisse imperium, idque adstrictum legibus, satis alibi docuimus. Ita, quod iure quodam suo aut populi voluntate postulare poterant principes feudum atque officium, non soli debuisse regiae munificentiae atque liberalitati dicendi sunt. Contra principes, qui acceperant feuda, meminisse non minus oportebat, non ipsis illa

Opinio aduersaria erronea & periculosa.

Hertii & Itteri confutatio eiusdem non plane probatur.

mancipi

ro in turpissimum eorum errorem incidimus, qui
ipfos

Gundlingii
&

Thomasi
egregia re-
futatio
portentosae
opinionis.

mancipi data esse, sed ex iure legibusque atque ex popu-
li voluntate regenda & gubernanda. Vnde dum altera
ex parte ruunt feuda solius regis munificentiae debita, sane
ex altera etiam parte oblata feuda conuelluntur atque e-
uertuntur. Nobiscum paucis exceptis plane contra Mon-
zambanistas statuunt Jll. Gundlingius de *Conrado I. & de*
Henrico Aucupe eruditis commentationibus; & praecipue
qui cum Monzambano antea ipse in *disp. de Feudis oblatiis*
& in *primis ad Monz. notis* fecerat, nunc ingenue veritati
sententiam suam laudi duxit addicere, iuris publici aequae ac
priuati consultissimus Jll. Thomasius in *comm. de libri de Benef.*
usu num. XIX. p. 311. sequ. & in *noua edit. Monzamb. cap. III.*
num. 4. litt. n. pag. 274. Priori iste loco inter reliqua,
Monzambanus, inquit, *etsi vir ex primis & praecipuis, qui*
antiquitates Germanicas excoluerant, dum in originem su-
terioritatis territorialis inquirat, eam post extinctam fami-
liam Carolinam a feudis nouo electo regi a reliquis ducibus
oblatiis deriuat. Insinuauit se illa hypothesis multis modis
docentium animis, eamque ipsi aduersus obiectiones commen-
tatorum in dissertatione Lipsiensi de feudis oblatiis defendere
sustinuimus, quam doctrinam repetimus in notis ad Mon-
zambanum. Hic constat, ad examinandam hanc sententi-
am Ius Iustinianicum, Canonicum, Longobardicum ne um-
bram quidem rationum afferre posse: sed solum ex historicis
Germanicis & notitia status in seculo decimo rem definiri de-
bere. Hos autem quamprimum non amplius alienis sed pro-
priis oculis inspeximus, veritas rerum gestarum nos coegit,
vt euidentissime conuicti fuerimus, FABVLAS esse, quae de ab-
soluta ducum potestate & feudis oblatiis sub Conrado I. & suc-
cessoribus antea credideramus. Post argumenta quaedam
egregie producta addit num. XX. Quae haecenus paulo fu-
sus adduximus, non eum in finem allata sunt, vt cum quo-
quam

ipfos electoratus, quos vulgo vocant, Bambergensia
 N esse

quam de re luce meridiana clariore, & a Dn. Gundlingio nostro in doctissima dissertatione de statu Reip. Germ. sub Conrado I. plus quam mathematice demonstrata litigare aut in arenam descendere velimus. - - - - Voluimus saltem rationem reddere, cur a sententia pristina recesserimus meliora edocti. Monet deinde grauiter, vt ab ingenuo iuris publici Germanici doctore duo potissimum extrema vitentur, vnum, ne quod fieri soleat in ipsis principum academiis insulse imperatoria iura extollantur, principumque sacra iura extenuentur: alterum quod ipsius verbis libet dare, Propterea tamen doctores, qui sub principibus imperii viuunt, non habent opus, vt ad defendendam superioritatem statuum aduersus eiusmodi viros par pari referant, & ex paradoxis ac nunquam probandis hypothesis iura statuum defendant, preprimis cum propiora & indubia fundamenta adsint, quibus vno quasi impetu adulationes illorum hominum destrui & in puluerem redigi possint, vt ficulneis & stramineis argumentis plane non indigeamus. Altero loco supra notato ad Monzamb. post plurima proposita hoc modo sententiam finit: His fere suppositis perspicue patet, quod omnia haec, quae haectenus notauimus, misceant, & contra reclamantia vbique historiarum documenta doceant, qui statuum superioritatem ab origine imperii Francici, vel etiam ab extincta familia Carolingica deducere, & imperatores potestatem pristinam recuperare intentos iniustitiae & tyrannidis accusare volunt, vt adeo non sit opus, iis refutandis tempus perdere. Quo grauiissimo iudicio Thomasi integra fide dato nos etiam modo lectorem dimittimus, nec amplius argumentis opus esse, quibus recte nos illum errorem hoc loco accusasse probemus, arbitramur.

Thomasi
 salubria
 duo monita
 in hanc
 causam.

(d) Bambergia isto honore praefulget, vt aulica summa officia ipsi electores nostri debeant. Constat etiam electores

Bamber-
 gensia ele-
 ctorum feu-
 da,

Electora- esse beneficia vno olim ore blaterarunt. (d*) *Ast*
tus ine- qui
ptissime in

feudi nomine non de solis officiis inuestiri, sed de vrbibus etiam terrisque. Pragam Bohœmiæ rex, Auerbacum Bauarus & olim Palatinus, Wittebergam Saxo, & Custrinum Brandenburgicus nomine feudi possidere dicuntur. De Bohœmo, Bauaro, & Saxone manifesta res est ex diplomatis & litteris inuestituræ apud Goldastum *lib. III. de Bob. R. pag. 316.* Gewoldum *de Sept. Imp. cap. X. pag. 754.* Limnæum *ad Capit. Car. V. pag. 123.* Brandenburgicum autem æque ac Bambergensem Pontificem plane ignorasse, quid præter officium terrarum feudi nomine teneat, idem Limnæus *loc. cit.* scripsit, & confirmauit Rhetius *ad 1. F. 1. pag. 68.* De eo hoc loco quæritur, qualia feuda *datane* vtrum *oblata* sint hæc officia atque vrbes cum terris? Ego vero, quicquid alii iudicent, puto distinguendum inter officia atque vrbes terrasque. Has oblatis, illa datis feudis adnumero. Videtur Henricus II. Bambergensis Episcopatus conditor, eo maxime præsidio decoreque illam ecclesiam ornatam atque munitam voluisse, vt summi principes, qui Archiofficia imperatori atque imperio, iidem etiam eiusmodi officia præstarent Bambergensi episcopatui, feudique lege ad eius perpetuam defensionem simul obligati forent. Data adeoque hæc feuda cum electorali dignitate cesserunt demum serenissimis gentibus, quæ hodieque summæ rerum in Germania nostra præsunt. At vt fortassis primi tunc principes, nam electorum nulla adhuc tunc erat mentio, terras quasdam in feudum ecclesiæ ipsi obtulerint; nil tamen eius rei scitur. Sane, postquam Archiofficia Bohœmo, Palatino, hodieque Bauaro, Saxoni, atque Brandenburgico sunt collata, non dubito veteri nobisque forte incognito tunc non æque ignorato exemplo principes has nominatas vrbes Pontifici obtulisse, & exhinc tenere feudi lege. Egregie facit cum hac nostra opinio-
ne, quod

an data,
utrum ob-
lata?

Officia
data feudi
lege.

Terrae ob-
lata feuda.

qui error, ex penitissima historiae ignorantia ortus, *Bamber-*
 N 2 statim *gensibus*
feudis ha-

ne, quod Limnæus *ad A. B. cap. XXVII. n. 6. obs. 29.* ex Au-
 ctore des Wohlgegründeten Gegen-Berichts des wieder die
 Graffen von Löwenstein und Werthheim von den Bischöfli-
 chen Rathen zu VVürtzburg ausgesprängten vermeynten Be-
 richts adducit. Dicitur ibi perquam commode: Solche
 officia haben hochermelte Chur-Fürsten nicht blæsslich und al-
 lein dem freyen Stiff zu Ebnen übernommen, sondern auch
 von ibren Chur-Fürstentümern noch etliche ansehnliche Stü-
 cke dazu freywillig geschlagen, und zu leben auffgetragen:
 VVie denn die alte Stadt Prag zu dem Bambergischen Erb-
 Schencken-Amt gehörig, Auerbach aber, VVittenberg und Cu-
 strin zu den andern dreyen Bambergischen Erb-Ämtern und
 deren gebührenden Vertretung von den alten Chur-Fürsten
 gewidmet und offeriret seyn sollen. Vnde demum, quod
 diximus, in coniecturali causa & de terris in feudum ob-
 latis constat, & ipsa non beneficiaria feudorum concessio,
 sed potius vltronea electorum oblatio abunde declarata est.

(d*) Pudet turpis hallucinationis, qua superiori ævo pleri- *Electo-
 ratu-
 ipsi*
 que iuris feudalis publicique doctores ipsos electoratus ar-
 bitrati sunt Bambergensia feuda esse. Hodie illud ridetur
 & exhibetur commentum. Imo etiam qui accuratius
 sibi deinde visi philosophari, & Archiofficia tantum in *imo etiam*
 Bambergensibus feudis annumerarunt, Buxtorffius *ad A. B. Archioffi-
 concl. LXXXVII. litt. b.* Reinkingius *de R. S. & E. Th. cia aut Re-
 galia Ele-
 Merckelbachius apud Klockium T. I. conf. 15. n. 30.* Sprenge-
 rus *lib. II. Inst. I. P. cap. 27. pag. 267.* alique, non minus *ctorum ab-
 surde in*
 hodie reiiciuntur. Fit ita, vbi semel aliquis forte autori- *Bamber-
 gensibus*
 tate quadam præditus historiae ignarus aut negligens erro- *feudis ha-
 rem commisit, turba sequentium imitatorumque pecus er-
 rorem strenue sequitur, tuetur, defendit, donec tandem*
 aliquis omnem ei speciem detraxerit, communique eum.
 exposuerit ludibrio. *bita.*

*Ecclesia-
stica feu-
da perpe-
ram obla-
tis gene-
ratim ac-
censita.* statim a nobis dimittitur, cedat indicando subtiliori alii, cui nemo non veritatis huc vsque concessit & no-
men & speciem. Nemini est ignotum, quam eccle-
siastica feuda pleraque ferantur oblata esse, non alia
fere causa, quam quod Urbanus II. Papa certa lege
vetuerit, quo minus ecclesia in posterum beneficia
vlla cuiquam largiri audeat. (e) Multa inde com-
moda

*Episcopo-
rum &
Praelato-
rum facul-
tas feuda
constituen-
di:*

*an in Germ.
per Urbani
II. decre-
tum subla-
ta?*

*quod com-
muni sen-
tentia DD.
affirmatur.*

(e) Non dubium est, quin vbique olim & antiquius episco-
pis & prælatis, quos adpellant, fuerit licitum, feuda in
ipsis ecclesiasticis bonis constituere: de qua re, conditio-
nibus certis interpositis, loquuntur *I. F. 1. I. F. 8. I. F. 25. §.
si dominus. II. F. 26. §. moribus II. F. 35. Liber de Beneficiis
num. IV. VII. & sic Ius Feud. Sax. & Alem. passim.* Hoc
tantum quæritur, an post Urbani II. decretum in Germa-
nia vltra concessum fuerit episcopis & prælatis feuda con-
stituere? *I. F. 6.* generali lege descripta diserte negatiua
responsio videtur dari. Dicitur ibi: *Item si episcopus, vel
abbas, vel abbatissa, vel dominus plebis feudum dederit de
rebus ecclesiarum, quæ eis subiectæ sunt, & tituli vocantur,
nullum habet vigorem, secundum hoc, quod constitutum est
a Papa Urbano in sancta synodo, hoc est illud, quod post e-
ius decretum fuerit datum, quod autem antea datum fue-
rit, firmiter permanebit. Item iuris est, si sit prepositus, vel
abbatissa, vel alia ecclesiastica persona, quæ antiquitus non
sit solita in feudum dare, scilicet, ut quod dederit, de iure
non valeat.* Vnde plerique affirmant doctores, non li-
cuisse deinceps ecclesiasticis feuda denuo laicis conferre.
Ex quo aiunt etiam factum esse, vt postquam multis mo-
dis data olim siue ab episcopis ipsis, siue antea etiam a Cæ-
sare & principibus feuda, ad ecclesiam redierint, nil de-
inde propemodum datorum feudorum supermanserit, sed
ex variis oblationibus noua feuda ecclesiæ fuerint consti-

tuta.

moda tributa vasallis feudisque ipsis, quæ non æque e dominorum essent commodis. Si quando vero ad rem intuemur penitius, ab hallucinatione, quam historiae dedit ignoratio, non prorsus alienam esse communem illam opinionem fere constat. Ut negemus enim minime, quædam ecclesiastica feuda ex prædiorum terrarumque spontanea oblatione, quam in nata sacrarum rerum veneratio passim dederat, orta esse: hoc tamen adhuc ab iis videtur probandum, qui rem postulant. (f) Namque monuit dudum Arnol-

N 3

dus

tuta. *Ad commune hoc doctorum assertum & decretum laudatis testibus Thummutio, Hertio, Schiltero, prouocat etiam Excell. Ictus Boehmerus diff. de Feudis Eccles. cap. I. num. 15. pag. 25. addito tamen, quod rationem habet, si a potiori facienda est denominatio. Contra Schilterus Boehmero laudatus in Comm. ad I. F. A. n. XLV. XV. pag. 13. magis diserte dicit, Feuda ecclesiastica regulariter oblata reputantur. Vnde deinceps regulam iuris nostri feudalis profert, Pedum neminem excludit, Krumstab schleust niemand aus: h. e. feuda ecclesiastica regulariter esse mere hereditaria, quippe oblata; a quorum successione neuter sexus alterum excludit. Quæ regula, addit, parit presumptionem pro allegante, & deuoluit onus probandi ad aduersarium; siquidem ea exemplis plerorumque Episcopatum Germaniæ est fundata. Eadem verba etiam idem Schilterus repetit loc. cit. ad cap. CIII. pag. 474. vbi plures auctores allegantur. Quæ sit vero communis huius doctorum sententiæ in Germania nostra valentia, modo deinde porro disquiremus.*

(f) Si certa fide illa doctorum opinio nititur, certissima si- *Conclusio-*
mul utique erit, ægreque vllam admittet exceptionem, illa *nes ex com-*
feudalis iuris regula, *Pedum neminem excludit.* Magnus *muni prin-*
nanque *cipio peti-*
tae.

us Lubecensis, protestatum esse in Geilenhufensibus
comitiis

nanque oblatoꝝ feudoz fauor est, nec in successio-
nibus tantum, sed prope in omnibus negotiis æstimandis,
offerentis feudum quam accipientis melior lautiorque me-
rito suo habetur conditio. Vt intersit igitur vasallorum,
continuas oblationes esse quam probatissimas: quod late
& copiose de Coloniensi ditione Thummersmutius osten-
dere conatus est: tam e contrario interest dominorum,
vt penitus in rei rationes inquiratur, & peruestigetur, v-
trum Urbani interdictum, quod qualeque demum illud
disputabile decretum sit, in Germania prorsus vsu rece-
ptum fuerit, nouasque adeo deinde feudoz concessio-
nes negauerit, solisque oblationibus locum fecerit? Quod
antequam porro excutiamus, hoc ne dubitare quidem, ne-
dum negare nos monendum est, multas semper prædio-
rum terrarumque ecclesiis factas esse oblationes. Rem in
antiquioribus satis probare possunt *Traditiones Fuldenses* a
Pistorio, & *Formula Alemannica* a Goldasto editæ. Her-
tius de feudis oblatiis P. I. n. 5. 6. 7. plura rei profert recen-
tiora exempla, causasque factarum Pontificibus oblatio-
num duas præcipue memorat, venerationem ecclesiæ atque
clericorum, & deinceps potentiam episcopozum. Quibus
duabus causis non difficiliter ex eodem Hertio addideris,
& ad ecclesiastica feuda adplicaueris ceteras oblatoꝝ
feudoz causas fere omnes, quas in illa commentatione
quilibet ipse euoluat. Boehmerus etiam d. diff. num. XIII.
XIV. XV. inter causas ecclesiasticorum feudoz quartam,
eamque longe omnium præcipuam, nimirum oblationem
agnoscit atque probat; ostenditque ad Hertii exemplum,
oblationes seriori æuo episcopozum atque ecclesiarum po-
tentiam egregie promouisse. Minime adeoque dubitare
nos quicquam finit, multa ecclesiastica feuda ex numero
esse oblatoꝝ. Hoc tamen simul verioris Germanicæ hi-
storix

Oblationes
feudorum
Ecclesiasti-
cis creber-
rime fa-
ctæ:

comitiis Fridericum imperatorem, nunquam illi decreto Urbani ullam in Germania auctoritatem esse tributam, sed *ex longa antiquitate usum in consuetudinem versum, imo ipsam consuetudinem a progenie in progeniem descendentem quasi iusta traditione roborasse*, ut liceret ecclesiis, ut voluerint feuda dare & constituere. (g) Vnde hæc colligitur prima veritas, non ecclesiasti-

storiæ peruestigatio nos docuit, non generatim de nouorum feudorum post Urbani decretum in Germania facta concessione dubitandum esse, imo potius pro ea, ceteris forte rationibus congruentibus, non raro fore pronuncian-
 dum. Si quidem enim mox probabitur, Urbani decretum in Germania nullius vnquam fuisse auctoritatis, sed ut antea, ita deinceps licuisse ex arbitrio episcopis, feuda ut accipere oblata, ita dare etiam ac concedere: non profecto conuulsa communi doctorum sententia semper onus probandi in posterum, quod Schilterus vult, incumbet ecclesiis, sed istæ magis nunc postulabunt, ut, probata earum feuda dandi libertate, præsumantur etiam in ipsarum ditionibus habere feuda ordinariam suam atque in ipsa Germania receptam indolem, quæ est, ut sint data a dominis, non his oblata a vasallis. Vindicata autem ecclesiasticis feudis pro ordinaria eorum natura præsumptione, sane, quantumuis multa imo & plurima oblata esse probentur, non minus tamen recte deuoluent ecclesiæ onus probandi in eos, qui oblationem factam adseuerauerint. Nitentur inquam postea episcopi suo iure. Contra vasallis factum laudantibus facti probatio omnino imperabitur.

(g) Communis doctorum sententia hætenus visa. *Iubentur ecclesiastica feuda fere omnia esse oblata*, quia Urbanus Papa vetuerit, quo minus ab episcopis & ceteris ecclesiasticis ultra feuda condantur. Additur sententiæ, quod fit admo-
Communis sententia de Eccles. feudorum oblationibus præsumendis

clesiastica feuda sine probatione pro oblatiſ habenda. Et porro Epifcopi Abbatesque principes, non iis excluſis,

verum fun-
damentum:

quod ex
Germ. hi-
ſtoria con-
uelliſur

variis de
ſtatu Ec-
cleſ. feudo-
rum ſucce-
dentium te-
ſtimoniis.

admodum probabile, feuda antiquius data omnia variis modis ad eccleſiam rediſſe; nouam vtique vaſallorum tur- bam per oblationes eccleſiæ aut deſenſionem ſuſcepſiſſe, aut eius tutelæ ſe tradidiſſe. Robur ergo totum argumenti in eo ſitum eſt, quod Papale interdicitum ſit in Germania uſu receptum, & prorsus ceſſarint epifcopi a conferendis ul- tra feudis. Qui hiſtoriæ noſtræ hæc placita conueniant, cernemus; non conuenientia erroris inſimulabimus. Pri- mum qualecunque ſit Urbani decretum, de quo erudite diſquiriſ Excell. Bœhmerus cit. l. n. XI. pag. 18. & Celeb. Kreſſius in Prefatione ad Thummermutium num. XXXI. litt. d. pag. 8. ſane ſit ſatis diu ante Friderici I. ætatem in ſy- nodo quadam ſancitum, & eius proſecto ætate, niſi iam antea, faceſſierint demum epifcopi a nouis condendis feu- dis; ſi ſane communis ſe recte habebit ſententia. Sed nunc audi Helmoldum Chron. Sclau. lib. I. cap. 69. num. 11. Vbi dux vel marchio, aiunt Bremeniſes ad Vicelinum, ubi in regno principatus, quantumlibet magnus, qui Pontificibus manus non offerat; reſuſatus opportune importune ſe non ingerat? Certatim currunt, ut HOMINES FIANſ ECCLE- SIAE ET PARTICIPES FIANſ BENEFICIORVM EIVS. Vos igitur honorem hunc peſſundabitis & infringetis iura ma- gnis auctoritatiſ edita? Dabitiſne huic duci manus ve- ſtras, ut hoc exemplo incipiant eſſe principum ſerui, qui fue- runt principum domini? Qui principes optarunt homines fieri eccleſiæ, & eius beneficiorum participes fieri, ſane non obtulerunt feuda eccleſiæ, ſed adhuc, niſi Papæ ab epifcopis curato interdicitum, acceperunt. Ad hunc prin- cipum morem ſuſcipiendi ab epifcopis beneficia reſpicere videtur liber de Beneficiis n. III. Secundo in tertium deſcen- derunt clypeum Laicales principes, cum EPISCOPORVM fiebant

clusis, qui hodie seculares, quos vocant, principes eccle-

siebant HOMINES, & sextum clypeum transtulerunt in septimum. Quæ verba Germanice *Ius Feud. Sax. Cap. 1.* ita refert: *Doch haben die Leyen Vursten den sechsten in den siebenden Schild gebracht, sint sie worden der Bischöffe Mann, des e nichten was.* Porro ad neruos opinionis communis incidendos propius accessuri Arnoldum Lubec. *Chron. Sclau.* lib. III. cap. 18. consulimus. Is in Geilenhusenibus comitiis an. 1186. Fridericum I. causam suam contra Papam verterantem, ne ultra decimæ darentur feudi nomine laicis, perorantem hisce verbis induxit: *Dixit dominus Papa, iniustum esse, aliquam laicam personam decimas possidere, quas manifeste dominus his, qui altari deserviunt, deputauerit.*
 - - - *Scimus autem decimas & oblationes a Deo Sacerdotibus & Leuitis primitus deputatas. Sed cum tempore Christianitatis ab aduersariis infestarentur ecclesiæ, easdem decimas præpotentes & nobiles viri AB ECCLESIIS IN BENEFICIO STABILI ACCEPERVNT, vt ipsi defensores ecclesiarum fierent, quæ per se sua obtinere non valerent. Affirmat etiam iniustum esse, quod aliquis in prædiis seu hominibus ecclesiarum aduocatiæ sibi vsurpet, aut sicut ecclesiæ de libera voluntate siue donatione imperatorum, vel principum fundatæ sunt, ita res ecclesiasticæ a Prælatibus tantum dispensentur. Et quamuis hæc pro Prælatibus esse videantur, non tamen credo, quod ita facile mutari possint, quæ ex longa antiquitate vsus in consuetudinem vertit, imo ipsa consuetudo a progenie in progeniem descendens quasi iusta traditione roborauit.* Sunt illæ decimæ utique de titulis, de quibus sermo est *I. F. 6.* Non tamen dicit tantum imperator, eas in beneficio stabili ab ecclesiis accepisse præpotentes nobilesque viros, sed affirmat etiam, non licere in posterum adeo facile vsum illum turbare, qui ex longa antiquitate

*Egregium
Arnoldi L.
testimoni-
um aduer-
sarium.*

in

ecclesiastica territoria legitimo iustoque complectun-
tur

Restriccio
potestatis
Episc. in
feudandi
postea fa-
cta, docet
Vrbani de-
creto Germ.
non stetisse.

in consuetudinem versus fuerit. Vnde satis clare inde pa-
tere potest, minime Vrbani illud decretum in Germania,
in qua contraria consuetudo a progenie in progeniem de-
scendens, quasi iusta traditione roborata fuerit, vnquam
valuisse. Præterea docet *Chron. Hildesheimense pag. 748.*
quod Adelogus episcopus extrema Friderici I. ætate con-
suetudines & iura ecclesiæ, quæ ante tempora sua scripta spe-
cialiter comprehensa non habuerant, - - - scripto compre-
benderit, & alia quædam ante non habita clementi bonitate
superaddiderit, quod videlicet nec ipse, nec aliquis successorum
suorum Episcoporum, sine consilio discretorum fratrum vel
magna negotia definire, aut **BENEFICIA MAIORA LO-
CARE**, siue redditus mensæ suæ, si forte necessarium fuerit,
pignori obligare, vel ullo modo alienare presumat. Quod
vero si necesse fuit, vt iste episcopus singularem legem con-
deret, quo minus successores sine consensu capituli *maiora*
feuda concedere auderent; sane minime probabile videtur,
iam antea Vrbani decretum in Germania vsu receptum
fuisse, sed apparet potius, plane adhuc episcopis integram
fuisse copiam, ex arbitrio feuda in ecclesiæ bonis consti-
tuere. Imo, cum *maiora tantum feuda* capituli consensu
reseruauit Adelogus, in posterum etiam sibi & successori-
bus minorum feudorum liberam dispositionem adhuc vi-
detur reseruasse. Iterum audio Gobelinum Personam
Cosmodr. Æt. VI. cap. 38. pag. 238. qui suo æuo dicit, *de-*
cimæ in his terris magnam partem pertinent ad Laicos. Quo-
modo vero pertinerent ad eos, nisi feudi nomine? Vnde,
quam parum decreta Vrbani prohibuerint episcopos ab in-
feudationibus, quamque stabilia feuda beneficiaria dura-
uerint, satis constat. Ipsum concilium Tridentinum *Sess.*
XXIII. cap. 18. pag. 411. non damnat plane *decimas quacun-*
que

Ceteræ
auctorita-
tes commu-
ni senten-
tiæ con-
trariæ.

tur dominio, recte nunc suorum iurium sunt obser-
uantio-

O 2

uantio-

que ratione, ergo etiam feudi nomine, ad Laicos deuolutas; sed imperat tantum, ut aliquid de his decimis contribuunt ad seminaria ecclesie. Inde Semecam etiam scripsisse inuenio, Quod benignior sit opinio, quod in uniuersum per Germaniam nobiles & ignobiles decimas sine peccato in feudo habere possint. Ex qua eius sententia rursus euincitur, ad seram usque ætatem feuda ex decimis & in istis episcopos dare consueuisse. Quid denique communem sententiam, quasi proscripita feudorum noua concessione oblatis tantummodo feudis ecclesie deinceps gauisæ sint, fortius destruit, quam illud Broweri *Antiquit. Fuld. pag. 270. 271.* testimonium idonea auctoritate munitum? Sic ille, *Nam Canonum Nulli liceat & can. 12. sequ. c. XII. qu. 2.* (quibus a Bonifacio Papa prohibentur omnes ab alienatione bonorum ecclesie) *apud bellicosum Germanorum populum exigua sepe cura habita est, & frena leges remittebant: imo ipsi præfules delectabantur HERESCHILDIS, siue suis militibus beneficiariis, ad pompam & ostentationem, ut chronicon Laurisbamense probat.* Quæ simul collecta & coniuncta cum vetustiora tum recentiora iudicia euincunt demum, quod res est, non adeo recto, quod vulgo putatur, communem sententiam stare talo, & si minimum postulauerimus, certe oblatis feudis ecclesiasticis maximam ubique datorum feudorum copiam immistam esse. Quod si etiam præter historicas rationes, quæ communi dogmati erroris insimulando fere sufficere possunt, aliis argumentis pugnare uoluerimus, nec ista longe aberunt. Cum scilicet tam profusa olim Pontificum in concedendis feudis fuerit liberalitas, ut ea prope pleraque ecclesiastica bona exhaurirentur, quid putamus ista omnia ad ecclesiam rediisse, & adeo parum datorum beneficiorum ad serio rem peruenisse ætatem.

*Argumenta
contraria
aliunde pe-
tita.*

uantiores, damnaque, quæ communis doctorum ipsis huc vsque attulit opinio, solertiori cura amoluntur. (h)

VII. Quam

tem. De Henrico Episcopo Spirensi memoriæ proditum dicit Hotomannus *in Comm. ad l. F. 1.* & ex eo Celeb. Kresius *loc. cit.* a quo licet in alio argumento factam plurium testimoniorum mentionem commode mihi modo inseruisse ingenue profiteor; *illi, quod pleraque prædia militibus erogasset in beneficia, vix ad dimidium anni redditus suffecisse.* Eius etiam similem Gandersheimensium Abbatissam Beatricem Sec. XI. regnantem fuisse, lamentabilis ad Paschalem II. directa capitularium querela apud Leuckfeldum pag. 279. testatur: *quasi pusilla grex nec victum, nec vestimenta, nec tecta amplius haberet, & sub pluvia, omnibus quippe bonis militibus datis, iaceret.* Tum ponamus, quod quidem minime per hæc dicta concedendum fuerit, Urbani decretum fuisse in Germania alicuius auctoritatis; adhuc tamen longe clarissime patere potest, minime antiqua feuda data ad ecclesiam omnia rediisse, & si quæ aperta fuerint, haud dubie ea rursus aliis, quod ne lex quidem vetuit, concessa esse: ut omni adeo modo satis egregius datorum feudorum cum oblatis remanserit in ecclesiasticis terris numerus. Vnde fortassis Spirensis episcopatus exigui hodieque superant redditus, nisi quod data olim feuda ne iam quidem a possessoribus plene vacua facta fuerint? Putemusne etiam, qui tantus olim Clericorum in feuda ardor fuerit, plane eum deinde in omnibus pontificibus esse extinctum? Minime vero hæc crediderit quisquam; & adeo minime etiam vulgaris doctorum sententia per ea, quæ allata sunt pondera rationum, auctoritatem suam ultra in posterum defenderit.

(h) Communis Doctorum opinio quandam quodammodo
feuda-

VII.

Quam vnam adhuc materiem de varietate feudorum persequimur, vulgo notum in impropriis

O 3

censeri

feudalis iuris dedit regulam. Hæc dicente Schiltero, parit præsumptionem pro allegante, & deuoluit onus probandi in aduersarium. Ut cetera destrueremus, ipsum principium sumus adgressi, & satis fortassis declarauimus, non tam recto commune doctorum assertum niti talo, vt vel vllam regulam dare possit: contra illud potius pugnare Germaniæ nostræ veriore historiam, pugnare præterea rationes ex ea commode deductas. Quid nunc? Parietne vltra præsumptionem pro allegante destructa saltem conuulsa iuris regula? Non puto. Quin imo tutius philosophaturos arbitror, qui præsumptionis beneficium tribuerint illi, cui ipsa iura fauent. Fauent vtique iura vasallis, si feuda eorum oblata esse euictum foret. Posteaquam istud admodum dubie constitui ostendimus, non profecto fauere poterunt iura dubiæ præsumptioni, sed fauere iubentur certiori naturæ rei. Hoc ergo inde colligitur, quoniam hæc est feudorum natura, vt data & beneficiaria sint, pro talibus ea recte haberi, donec altera pars contrariæ intentionis suæ rationes satis probauerit. Ita dici video I. F. 1. §. 3. Licet filiæ vt masculi patribus succedant legibus, tamen a successione feudi remouentur, similiter & earum filii, NISI SPECIALITER DICTVM FVERIT, vt ad eas pertineat. Nempe quia hæc est consuetudo feudalis, ne filiæ succedant, dicitur recte eas remoueri, donec contraria pacta probata fuerint. Ad quem prorsus modum statuendum puto, haberi ex natura feudi feuda pro datis, nisi speciatim probatum fuerit, ea esse oblata. Dubiæ scilicet contrabentium conuentiones ex iure communi, aut consuetudine, quæ est optima legum interpres, explicanda sunt: arg. c. 8. X. de Consuetud. Et

*Foemina
na feuda
Germ. moribus non
prorsus
aduersa,*

*Destructo
principio
communis
doctrinae
ruunt etiam
eius conse-
ctaria.*

*Contrariæ
præsumti-
ones stabi-
liuntur
idoneis ra-
tionibus.*



maleque
secundum
bos in

censeri beneficia foeminis simul conferri solita. Et
rem

iure communi standum, donec ei derogatum appareat : quam regulam definiri reperio ex L. 27. C. de Testam. l. 32. §. ult. C. de Appell. Ut adeoque, dum non constet de facta oblatione, ea non facta ex iure feudali communi aut generaliori consuetudine censeatur. Non inde abs re mihi videtur scriptum II. F. 2. §. fin. Si vasallus pactum speciale contra feudi consuetudinem allegat, velut de filiarum successione, (aut quod idem fuerit de feudi oblatione facta) liceat ei tenorem, si potest, sicut inuestituram probare : quod si in probatione defecerit vel cessauerit, concedatur domino hoc denegare iuramento praestito. Posit etiam dici, dominum esse quodammodo in possessione feudorum beneficiariorum & datorum : non Longobardica enim tantum, sed etiam Germanica feudalia iura hanc communem videntur feudorum naturam agnoscere, ut sint magis data, quam oblata. Quod dicitur vero l. 5. §. 1. D. de Calumniat. melior causa est possidentis : id domino rursus contra vasallum quasi actorem proderit, huncque iubebit intentionis probare fundamentum. Quæ adhuc obstant iuris quædam regulæ, facile in fauorem domini conuertuntur. Lege 9. D. de Reg. Jur. dicitur, Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur. Quam explicant legem per alteram l. 56. D. de R. J. Semper in dubiis benigniora præferenda sunt. Inde cupiunt, cum oblatores feudorum maior fauor sit, merito pro eis, quibus benignior quippe faueat sententia, pronunciari. Verum ita puto benigniora præferenda fore, dum de nullius agatur damno aut incommodo. Quando vero, ubi data fortassis feuda sunt, pro oblatis ea sine prægnanti causa habeantur, plurimum commodum cum insigni damno domini vasallus utique lucraretur. Est hoc in casu dominus lucrum facturus instar qui petit. Sed iuris ratio in hoc casu l. 33. D. de R. J. exprimitur.

Obstantes
novis præ-
suntionibus
rationes e-
liduntur
aut concia-
liantur.

rem largiemur facile doctoribus impropria hæc ad-^{impropriis}
pellan-^{feudis re-}
^{lata.}

primitur. *In eo, quod vel is, qui petit, vel is, a quo petitur, lucri facturus est, durior causa est petitoris.* Benigniorque putō ex iure, dum vasallus dominusque contenderit, sententia recte succurret isti, a quo petitur, ut feudum, quod sit fortassis datum, iure oblatis feudi, quod sane iniquum fuerit domino, æstimetur. Sed obiicis fortassis *legem 34. Generalis D. de R. l. ubi dicitur, In stipulationibus & ceteris contractibus consuetudo id sequimur, quod actum est, aut, si id non appareat, quid a-*^{oblationis}
ctum est, erit consequens, ut id sequamur, quod in regione, in^{feudorum}
qua actum est, frequentatur. Cui legi fere responderet *lex gata, cuius*^{Eccl. alle-}
31. §. 20. D. de Ædil. Ed. Ea quæ sunt moris & consuetudinis,^{valoris?}
in bonæ fidei iudiciis debent venire. Hinc arbitrere, ecclesiastica feuda eo nomine atque in dubio in certis prouinciis in vniuersum pro oblatis habenda esse, quia constet de more atque consuetudine offerendi ecclesiis in istis regionibus feuda. Primum autem admodum vaga illius moris atque consuetudinis videtur esse interpretatio, & fortassis aliquis ex historia declarauerit, magis moris fuisse in plerisque ecclesiasticis terris, ut feuda non sine insigni quarundam ecclesiarum damno distribuerentur, quam ut ecclesiis offerentur. Deinde licet in quibusdam ditionibus de generali constet antiqua consuetudine feuda offerendi, ille mos, si multum largiemur, tantum recte in iisdem, non in aliis terris allegabitur. Quæ cum ita sint omnia, saltem communis pro feudis oblatis præsumptio non est leuis erroris infumulata & prope conuicta, contra vero contraria præsumptio pro feudis datis eo magis per historiam & bonas rationes stabilita. Sed quid fieri cupimus? Vasallosne nunc æquum *Tractatio-*
erit Longobardicis iuribus prorsus subiicere, quod Bam-^{nis huius}
bergensis Pontifex effecit, quodque Coloniensis persæpe et-^{consecraria}
iam molitus est? Minime gentium. Sunt Germanica iu-^{non Longo-}
ra, quæ *ri fauent;*^{bardico iu-}

pellantibus, si ad Longobardica iura sola respexerint. (i) Dum Germanica autem feudalia describunt instituta, non admodum recte, puto, eos in vniuersum impropria vocare feuda, quæ maxime videntur cum priscis Germaniæ moribus conspirasse. *Fœminas tantum suspexisse maiores nostros, narrat Tacitus, vt sanctum omnino & prouidum eis inesse aliquid crediderint, nec consilia earum adspernati fuerint, aut responsa neglexerint. Has laborum periculorumque socias maritis venisse, idem commemorat, nec se extra virtutum cogitationes extraque bellorum casus putasse, ipsisque id incipientis matrimonii auspiciis esse admonitas.* Quid veteri hoc

ra, quæ datis feudis regulas præscribunt, quæque adeoque pro diuersis regionum rationibus sequi conueniet, quando-cunque vasallus oblationem feudi sui non idoneis argumentis probauerit. Velit nolitque tum dominus clementius agere cum vasallis, & intuitu sacerdotalis benignitatis pedo magis munifico atque facili vti; ipsius id esse puto iuris atque arbitrii, & liberaliter omnino ab eo actum, si nouo hoc sensu a pedo neminem exclusum aut reiectum concupierit.

nec benignitatem dominorum excludunt.

Fœminina feuda communi consensu in improprieis relata.

(i) Opus non est, vt scriptorum testimonia de feudis fœmininis in impropria referendis coaceruemus. Quotquot Longobardici doctores habentur, miro consensu idem & de feudis fœminæ primum collatis, & de iis, in quæ simul fœminæ datur successio, quæ vtraque partim legibus, partim moribus fœminina vocantur, tradunt. Videantur autem de vtrisque loca supra allegata *I. F. 1. §. 3. II. F. 2. §. fin.* prætereaque *II. F. 30. & I. F. 15.* in quibus etiam ratio memoratur, cur a Longobardis istiusmodi feuda in improprieis adnumerentur: quæ alia non est, nisi quod apud eos esse de natura feudi, vt masculus tantum succedat, iudicatur.

hoc testimonio, quod reliqua historia nostra non parum firmat & adiuuat, conuicti verebimur foemina etiam feuda, saltem ex prima institutione in propriis Germanicis censere feudis? (k) Imo, quod addimus,

P

nec

(k) Contra postulatam praesumptionem pro oblatione feudorum ecclesiasticorum partim ex historia, partim ex e ratione superiori loco disputavi, quod feudum, donec contrarium probetur, ordinariam naturam suam tenere creditur. Qui nunc, dices, ipse foemina voles feuda in propriis feudis referenda esse, dum ignarus sis quam qui minime, non magis ea ac oblata beneficia in ordinaria sua natura esse? Verumenimvero primum hoc loco monendum est, minime nos feudi naturam ex Longobardicis placitis aestimatam velle. Oblata feuda non minus nostris, quam Longobardicis moribus sunt impropria. Vnde commode ex ipso nostro iure contra ea praesumere mihi licuit. Deinde naturam feudi in ipsa nostra Germania non posse vniuersalem statui alibi declaravi. Vnde rursus haec colligitur veritas, quod per generalem consuetudinem aut legem in prouincia fuerit in feudis constitutum, id videri singularem feudo naturam tribuisse. Antequam haec duo ad rem meam adplicem, eodem, mihi obieceris, telo posse superiorem argumentationem meam totam confici; cum per generalem consuetudinem probata feudorum oblatio non minus videri possit feudorum ordinariam naturam in ecclesiasticis ditionibus mutasse. Sed id crediderim fieri posse, si vel villo modo generalis quaedam consuetudo probari, nec plurima statim contra eam opponi queant. Militas exemplis ditionum Coloniensis, Monasteriensis, Fuldensis, ceteris. Sed feuda ibi probe noui fere omnia esse promiscuae successionis. An vero id recte, nec ex communi errore, quem supra partim explori-

Obiectiones contra foemina feuda, & pro oblatis feudis ecclesiasticis remouentur.

1.

2.

Propria & impropria feuda in Germ.

nec ipsam putamus feudorum in propria & impropria diuisionem Germanicis moribus admodum conuenire. Si illa nimirum sunt, quæ nusquam & contra

plurimum, oblationi feudorum attributum; vtrumne magis aliis, quas modo persequemur, rationibus adsignandum fuerit? adhuc est in multa quæstione. Obstat generali oblationum vsui historia, quæ episcopos plerosque crebris concessis feudis bona ecclesiæ admodum attenuasse docuit. Obstat formula episcopatum in Saxonia inferiori & Westphalia constitutorum, magis sane feudorum concessioni, quam requirendæ oblationi conueniens. Ditiones pleræque episcopis diuisæ, & multi adsciti aliunde nobiles & ingenui, qui permixti deuictis Saxonibus prædia possiderent, ecclesiæque defensionis feudali nexu se obstringerent. Obstat denique, quod si quædam feuda oblata fuerint ecclesiis, extinctis ea familiis, aut aliis modis ad ecclesiam deuoluta, datorum deinde feudorum naturam induerint. Quod adeoque ea, quæ ex meis argumentis conuulsam antea præsumtionem pro feudorum oblatione possint stabilire, remouimus; nunc de ipsis fœmininis feudis inquiremus. *Ista vt primo monito primum satisfaciam, scio impropria Longobardica esse lege: nec hoc disputo. Quæro an Germanica feudali lege etiam prorsus sint pro impropriis habenda? Ita videtur statuendum per vetustissimas Germanorum leges, quæ in ipsis allodiis fœminas voluerunt exclusas, & deinde per illas leges, quas Sueuici Saxonique iuris feudalis nomine hodieque legimus. Vnde non incommode Jll. Thomasius de libri de Benef. usu n. XXIII. pag. 323. videtur scripsisse: Quare ad vigilantium suauia somnia referendum esset, si quis sibi & aliis persuadere vellet, ac si antiquissimis etiam temporibus in Germania feuda regulariter fœminea fuissent. Verum hæc sicco quidem*

I.
Fœminina feuda impropria Longobardica lege: an etiam in vniuersum Germanicis moribus? Rationes dubitandi.

tra reliqua, quæ varie a communibus feudorum formulis recedunt; aut Longobardicas leges laudare iuat, quæ nondum vero suam in Germania auctoritatem

male ex Longobardicis LL. estimantur:

P 2

dem pede possem transire, cum in vniuersum & regulariter in tota Germania foeminea feuda propria fuisse, nunquam statuerim. Interim negabo tamen, eadem illa feuda nostris moribus in vniuersum esse impropria; negandique continuo rationes dabo. Si nimirum prorsus impropria dicenda fuerint ista feuda, probandum dixerim ante omnia, repugnasse eadem Germanorum moribus; deinde deficientibus masculis non nisi per pacta admissas esse foeminas; nec denique per has licuisse feuda in alias inferre familias. Quodsi nunc in me contrarias sententias probandi onus deuolueris, non minus me habeto in problemate hoc euoluendo facilem. Primum adeo non dico, Germanorum moribus foeminina feuda fuisse contraria, ut potius ex illis videantur ipsis admodum grata fuisse. Mores quippe eorum Tacitus *Germ. cap. IIX. XIIIX.* quæ eius testimonia in oratione nostra damus, ita descripsit, ut vix credi posset, hunc sexum eos voluisse a successione in feudis exclusum. Sed pugnas legibus modo memoratis. Bene mones. Eas non ex verbis, sed ex sensu & ratione legum interpretari conuenire respondebo. Latas scio ob familiarum conseruationem, & ad bellicas rationes stabilendas. Vtraque ratio, si adessent filii, his prospexit, exclusis filiabus, quibus ne affectus paternus & generalis gentis fauor deesset, & mariti dotem constituere, & munera offerre Germanicis moribus iubebantur. Si filii non essent, tum non dubito filias statim admissas esse, ob insignem in eas non patrum modo, sed & fratrum & agnatorum affectum. Generaliter ita Tacitus ait, *cap. XX. Heredes successoresque sui cuique liberi*: non filii tantum, sed

Rationes negatiuae decisionis.

L.

&

nec ulla
sunt gene-
ratim ibi
talia.

tem euictam habent, aut nulla siue generatim sunt propria, siue impropria feuda in Germania. Quasnam enim habemus communes vniuersæ Germaniæ feudorum leges? Nonne in inferiori Germania, vt parum

& filiæ. Si liberi non sunt; proximus gradus in possessione, fratres, patruus, auunculi. Et paulo ante dixit: Sororum filiis idem apud auunculum, qui apud patrem bonos. Quidam sanctiorem arctioremque hunc nexum sanguinis arbitrantur, & in accipiendis obsidibus magis exigunt tanquam ii & animum firmiter & domum latius teneant. Instas hoc loco, antiquiori ætate in feudis nullum hæreditati fuisse locum. Si hoc vis, nec posce ergo, vt de illa ætate foeminarum successionem certam doceam. Sane euictum interea satis, minime moribus nostris repugnasse foeminarum in feudis, postquam illa generatim data est, successionem. Secundum quod dixeris, per pacta tantum eas admissas esse, non magis probabile videtur. Nil de eis constat, sed videtur potius per ea, quæ diximus, de natura feudorum fuisse, vt deficientibus masculis illæ succederent. Imo fortassis, quod ex Tacito videtur constare, posteaquam feuda facta sunt hæreditaria, excluderunt omnino filiæ auunculos, patruos, ceterosque agnatos: quod plane tamen affirmare non audeo, nec mea valde interest. Quid quod constet ex historia, nec repugnent Saxonica Sueuicaque feudalia iura, primis foeminis non raro feuda collata esse. Ergo feudorum naturæ non in vniuersum repugnauerit, solisque pactis data fuerit foeminarum in feuda successio. Tertium licuisse aio feuda in sororum filios, imo & in aliam transferre domum. De priore more antiquissimum vsu Tacito memoratum, non vereor de feudis ferioris æui interpretari. Quod ad reliqua pertinet, quis ignorat ipsa illustrissima, quæ regalia vocamus, imperii

2.

3.

parum dicam, maxime propria forent, quæ quis in impropriis in superiori habuerit Saxonia? Nonne sine scriptis legibus, nam non sunt nostræ Longobardicæ, nec fere prorsus illæ, quas ex Longobardicis

P 3

exscri-

perii nostri feuda satis crebro per foeminas esse in alias illata domos? In re notiori ab exemplis afferendis abstineo. Quæ dum ita sunt omnia, omnino ego prorsus non concedo, in vniuersum in Germania foeminina feuda pro impropriis habenda esse. Quod si nunc ex *secundo monito* ad alterum tractationis caput accesserim, licet fortassis in quibusdam Germaniæ prouinciis nouis legibus atque moribus prorsus foeminina feuda in classem impropriorum videantur reiecta esse; facile tamen probabo, in aliis prouinciis non tantum non pro impropriis, sed omnino pro propriis habenda fore. Propria sunt feuda, quæ alicubi generatim in prouincia naturam licet diuersam a communi generali consuetudine aut lege acceperunt. Feuda quippe moribus atque consuetudine introducta, suo iure meritoque eam vbique naturam fortiuntur, quam generatim volunt omnes, quorum interest. Si hoc vero nemo dubitat, utique propria sunt foeminina feuda in Austria, Silesia, & in plerisque ecclesiasticis ditionibus. Ibi autem, dixeris, per pacta esse prospectum vasallis, qui allodia sua in feudum obtulerint. Ut hanc tamen oblationem parum hoc loco morer, sufficit generalem quodammodo legem introductam esse, quæ propriis feudis naturam dederit: siue illa lex pactis, siue, quod magis puto, reliquiis prisca Germanorum in foeminas affectus debeatur. Licet etiam superiori loco rationes promiscuæ successionis in ecclesiasticis feudis vulgo allatas in non exiguam dubitationem adduxerim; non inde statim puto, ipsi foemininæ successionis, si generali quadam consuetudine fuerit introducta, recte

II.

Foeminina feuda in quibusdam Germ. prouinciis plane propria sunt.

Cautela ad consecraria negatae vniuersalis ecclesiasticorum feudorum oblationis.

dicam

exscriptas siue Sueuicas, siue Saxonicas ipsi nostrates quondam adpellarunt; pleraque Germanica feuda pactis atque conuentionibus solis nituntur? Adeo ergo non propria vbique in Germania dicenda erunt feuda, quæ talia sunt alicubi: sed siue proprietas, siue improprietas, si omnino solennem illam seruabimus distinctionem, æstimanda ex regionis, in qua sunt sita feuda,

dicam scribi. Ponamus plane nulla feuda oblata superesse in ecclesiasticis terris, quod quidem minime statuimus; cetera quidem commoda, quæ ex affectata oblatione doctores vasallis tribuerunt, nisi alio nitantur talo, recte dominus vindicauerit: at fere inique foeminis successionis ius continuo disputauerit, quod fortassis non tam prætenſæ oblationi, quam generali consuetudini, vt in aliis prouinciis, debere possunt. Occurrit hoc loco mihi allegata epistola Reuerendissimi Abbatis Fuldenſis apud Jll. Cocceium *de Feudis Fuldenſibus cap. II. pag. 8.* vbi inter alia non oblatio quædam bonorum quasi ratio causaque promiscuæ successionis Fuldenſis, sed vetustissima iuris & consuetudinis obseruantia adducitur: argumento non parum idoneo, quid in ditionibus ecclesiasticis ceteris de vera istiusmodi successionis indole, natura, & ratione iudicandum sit. Fortassis eo magis clerici in concedendis feudis faciles benigni atque clementes voluerunt esse, quo magis hæ virtutes ipsis conuenirent, quoque minus bellissimi sexus gratiæ atque fauoris vellent iacturam factam. Sed aliæ causæ plures forsitan non defuerint, quas vero in alieno loco præmittimus. Nobis satisfuerit, primum cum ratione negasse, foeminina feuda in vniuersum Germanicis moribus esse impropria: & deinde docuisse etiam, in quibusdam Germaniæ prouinciis illa feuda non tantum non impropria, sed maxime potius propria censenda esse. Ceterum quo me mi-

nus

Licet vniuersali præsumptione pro oblatis feudis Eccl. elisa, vetusta iuris obseruantia potest tamen promiscuis feudis fauere.

feuda, diuersis formulis, nil prorsus curatis, quas Italia nobis suppeditauit, sanctionibus. (1)

II X. Iam

nus Jll. Thomafii supra laudata censura vexet, parum depre-
cari necesse habeo. Quod ille enim erroris & commenti in-
simulat, si quis foeminina feuda antiquissimis etiam tempori-
bus *regulariter* in Germania recepta statuerit; me partim
non ferit, qui tantummodo negaui, in vniuersum in impro-
priis illa feuda adnumeranda esse, nec vnquam plane statui,
regulariter initio foeminina feuda fuisse: partim etiam, si
me impeteret, non cohibet, quo minus bona eius, quod
scio, venia a nullius auctoritate pendens, atque in nullius
verba iurans, semitam veritatis, aut saltem probabilitatis,
vel a sapientissimo viro quodam casu commenti errorisque
odioso nomine notatae confectet. Non erroris commenti-
que nomine terreri, nec vero veritatis probabilitatisque
specie atque vocabulo allici atque irretiri, boni veritatis esse
duco speculatoris & venatoris.

*Thomafia-
una censu-
ra nostrae
sententiae
non inimi-
ca.*

(1) Plane aberrant a vera nostri status notitia, qui Longabardica
feuda interpretati, eadem prorsus putant propria impropria-
que feuda esse siue in Germania, siue in Longobardia. Ne recte
quidem sensuros docuimus, si vniuersalem vel proprietatem
vel improprietatem feudalium institutorum toti Germaniae
adscripserint. Constat quippe inter omnes, quam & nullius
inter nos verae atque iustae auctoritatis Longobardicae sint
consuetudines; & quam diuersae singularum Germaniae re-
gionum feudorum ratione sint formulae, quarum vnam alte-
ris permiscere atque supponere in singulis quodam modo
habetur nefas. In inferiori Germania minora feuda fere
omnia sunt promiscuae successione: quod de ipsis illu-
stribus feudis multi intelligunt, vt ratio tamen doceat, in
iis frustra censerit, & male ex minorum feudorum indole
aestimari, quae olim Cliuia Iuliacique instar publica imperii
lege

*Propria
impropria-
que feuda
unde &
quomodo in
Germ.
aestimanda?*

IIX.

Iam restaret nobis amplissimus emetiendus campus, si per quæuis feudalis iuris capita peruestigare obuios vellemus doctorum errores, quibus saltem nostræ

Consuetudines singularum regionum ad decidendam quaest. faciunt.

lege declarata sunt masculina. In illis ergo regionibus, quantum ad feuda minora attinet, de natura quodammodo feudorum iudicatur esse, vt promiscua sint, & præsumtio adeoque pro illis est, si in dubium res adducatur. Hanc præsumptionem inde admittimus, quoniam talia pacta respicit, quorum vis atque effectus hodieque durat atque apparet. Sed præsumptionem pro feudis oblatis ideo supra disputauimus, quoniam facta antiqua & quidem contra naturam rei intercessisse non admodum veri videri potest simile. Contra in Saxonia superiori & Germaniæ superioris partibus propria feuda dicenda fuerint masculina, quoniam, nisi expressis probatisque pactis, foeminis in feuda successio nulla ibi datur. Respiciendum ergo semper in proprietate & improprietate feudorum æstimanda ad singulares regionum consuetudines, mores, legesque. Hæ quod generatim statuunt, probant, laudant, commendant, in proprio feudo haberi voluisse putantur. Sunt tales in variis regionibus in mores consuetudinesque feudales commentarii; qui si fide certa nituntur, publicane sint auctoritate muniti nec ne, parum eius interest, qui sedulam feudali rei peruestigandæ operam vult nauare. Ex his fontibus sua singulis regionibus feudorum naturalia statuenda sunt, indeque, quod ab his recedet in tali regione, pro improprio, quod conspirabit, pro proprio rectoque feudo, nil Longobardicis aliarumque prouinciarum consuetudinibus, legibus, statutisque curatis, commode recteque declarabitur. Occurrit mihi hæc scribenti in manus insigne testimonium Bremensis Archiepiscopi, loh. Rhodii in *Exc. Chron. pag. 267.*

Ibi

nostræ historiæ inscitia dederit originem. Ne vos
autem, Auditores, diutius, quam par est, detineam,
Q vnum

Ibi licet rem acriter doleat, a ministerialibus introductam
aliam feudorum naturam memorat: vt, *ubi deficit linea
masculina, ibi succedat fœminina.* Addit cum multa que-
rimonia aliam Bremensium ministerialium consuetudinem,
quæ quodammodo nouam feudorum naturam introduce-
rit. *Libertas, inquit, ministerialium huius terræ est inaudita.*
Omnia eorum BONA sunt MINISTERIALIA, & TENENT ea
ab Archiepiscopo Bremensi, illo non obstante vendunt ad libi-
tum eorum prædicta bona ministerialia, absque scitu & con-
sensu Archiepiscopi Bremensis, cuicumque volunt, & præcipue
illis, qui non volunt, nec volent militare ecclesiæ, neque sunt
apti ad militandum. Quis illo testimonio conuictus non
fateatur diuersam prorsus naturam Bremensia hæc feuda a
communi suscepisse, & quæ alias maxime essent impro-
pria, noua ratione in hæc ditione facta esse propria? Iam
licet, hoc vno exemplo dato, veritatem ex historia, aliun-
de etiam vt libet, ipse probes, indages, atque peruesti-
ges. Hoc moneo, modo adductum testimonium causæ
meæ contra oblata in ecclesiis feuda disputatæ non minus
egregie fauere, adeoque eo simul referendum esse. Tanta
scilicet docet iuris benignitate Bremensia feuda vsa esse, vt
& fœminis & alienationibus promiscue locum fecerint, li-
cet plane apparuerit, data feuda, non illa oblata esse. Sed,
quod in Bremensi ditione verum est, non incommode et-
iam in alias ecclesiasticas ditiones quadrare censueris. Rur-
sus istud silentio transire nequeo, rectius prouocare in ec-
clesiasticis terris vasallos ad veterem consuetudinem, qua
nouam quodammodo feudorum naturam introductam con-
stet, quam ad oblationem quandam factam. Hanc, quod
in dubium adducta est, difficilius probauerint. In illa de-
claranda,

*Bremensis
AEp. Rhodii
querimonia
de noua
feudorum
natura in
ditionem
introducã.*

*Consestari-
um doctri-
nae nostrae
de vera
feudorum
sive proprio-
rum sive
improprio-
rum aesti-
matione; in
usum eccle-
siasticorum
vasallo-
rum.*

vnum adhuc manipulum ex multa feudalium errorum segete modo carpere sufficiat. (m) Vulgo quidem

claranda, probanda, atque manifestanda haud adeo difficiliter laborauerint. Quodsi in generali consuetudine probanda obtinuerint, non commodis adeo facile fuerit metuendum, ac si in euincenda oblatione hæserint. Quo scilicet posteriori casu minime principi ecclesiastico vitio dederim, si non probata oblatione, commoda ex ea deriuata & prolata vasallis prorsus negauerit atque abiudicauerit.

(m) Non caput fere feudalis iuris mihi succurrit, in quo non plurimos errores incitiam bonæ historiæ intulerit. Res vero est singulari digna opera, illos ordinatim percensere & enumerare. Instituto nostro pauciores quosdam proponendi & indicandi hætenus fere videri potest esse plene satisfactum. Ceterum quosdam horum errorum quondam eruditissimis viris imposuisse fucumque fecisse, minime ei mirum videri potest, qui doctrinarum, artium, atque disciplinarum successiones probe expenderit. Quæ hodie historia nostra probe exculpta ceterisque disciplinis politioribus ridemus superiorum ætatum atque ingeniorum commenta, olim illa visa in egregiis veritatibus adnumeranda esse. Fortassis & quæ nos pro veris passim habemus, perspicaciori posteritati non æque se probauerint. Fortassis & ipsi in posterum quædam cernemus, quæ nondum agnoscimus, quædam probabimus, quæ probanda nunquam adhuc nobis visa sunt. Fateri verum & errorem non dissimulare, licet eum ipse admiseris, vere ingenui est veritatisque cupidi animi. Bene in hanc causam Terentius *Ad. Act. V. Sc. 4.* cecinit:

*Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, etas, usus semper aliquid adportet noui,
Aliquid moneat, ut illa, quæ te scire credas, nescias,
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo ut repudies.*

*Errorum
crebra ad-
missio in re-
liquis vi-
cissitudini-
bus scienti-
arum ad-
numeranda,*

dem est notum, quantum Germaniæ nostræ illustria Imperii feuda, a vilioribus, quæ in prouinciis sunt, distent atque discrepent. Fecit autem supina historia tractatio, quæ multis doctoribus solet solennis esse, ut aut pessime Longobardica & prouincialia Germaniæ iura ad regalia illa feuda adplicentur, aut, si quæ discrepantia meridiano sole clarior est, ut eius causæ atque rationes ineptæ proferantur. (n) Feuda quæ sint ligia,

(n) Generatim posita couenit exemplis quibusdam illustrare. Constat II. F. 10. definiri ducem, marchionem, comitem, quod sit, qui de ducatu, marchia, siue comitatu aliquo inuestitus sit. Cum hæc dignitatum atque officiorum in Italia essent nomina, licet obscurior esset definitio, poterat tamen probari & tolerari. Quis non agnoscit vero, admodum incommode ad hodiernum Germaniæ statum has definitiones quadrare? Pollent hodie principes territoriali, quam vocamus, superioritate, officiorum veterum vel nominibus antiquitatis. Non prouinciæ ipsis, quod olim, ducatus marchiæque nomine gubernandæ traduntur, sed summa nunc potestate possidendæ. Nec vero dux nunc est, qui de proprio ducatu inuestitur, sed qui terras suas ducis addita dignitate regalibusque in feudum acceptis suo continet imperio. Sic marchio, sic comes non marchiam aut comitatum, sed hoc titulo dignitatem regaliaque solennia feudi nomine possidet. Qua tamen temporum statusque disparilitate inobseruata, feudalis iuris doctores tantum non omnes easdem hodieque semper repetunt definitiones. Vid. Strykius *Ex. Iur. Feud. cap. V. qu. 13. 15. 16.* & ibi plures definitiones hasce afferentes doctores laudati. Aequè autem id est ineptum, ac si alius verba I. F. 14. vbi denegatur ducis aut marchionis filio, nisi

Definitio-
nes ducum,
marchio-
num, comi-
tum Longo-
bardicæ
male ad
Germ. prin-
cipes adpli-
catæ.

*Ligiorum
& non li-
giorum*

*I. F. 14. nil
ad Germ.
pertinet.*

*Nil iuris
Imperatori
in Landsas-
sica princi-
pum feuda.*

*Capitaneo-
rum vox
inepte in
principes
nostros
quadrat.*

*Ius impe-
ratoris feu-
da maiora
in Italia
coniungen-
di non ad
Germ. spe-
ctat.*

ligia, quæ vocant, quæue non ligia, communia nos docent

nisi singulatim ab imperatore inuestito, in patriam dignitatem successio; in principes simul dictum voluerit. Aliarum regionum aliæ vtique formulæ, & ætatum etiam diuersi mores, nusquam tuto, sed minime secure in Germania nostra, cuius status adeo ab omnibus communibus rerum publicarum formulis abhorret, permiscentur atque commutantur. Quid aliud nisi huius regulæ neglectus transuersum in errorem rapuit Curtium, dum *P. II. de Feud. Laic. num. 2.* imperatorem arbitratus est suo posse iure in principum territoriis feuda concedere & constituere? Sane quod licuit Cæsari in Italia, minime vnquam licuit in Germania. Vetat Capit. *Leop. & Ios. art. III.* omnes Landsassios, ne se suaque bona imperatori aut imperio quocunque nomine clientelæ dare audeant. Ipse imo vetatur imperator, quempiam hoc nomine recipere dominique ditione eximere. Plurimi doctores feudorum Longobardicam vocem *Capitaneorum* de nostris principibus solent interpretari. Ita Strykius *Ex. Iur. Feud. cap. V. qu. 12.* & cum eo fere plerique alii. Sed quam in ipsis vsibus feudorum *I. F. 14.* Capitaneorum compellatio vilior & inferior titulis ducis atque marchionis imo & comitis habetur; tam sane nunquam ipsi conuenire potest cum summa Germaniæ principum maiestatique propemodum vicina dignitate atque potestate. Porro constat in Italia vni licuisse imperatori feuda maiora coniungere atque consolidare, idemque vni licere hodieque domino in Landsassicis feudis nouimus. Errat profecto vero, quisquis adempta principibus nostris potestate idem ius vni Cæsari in regalibus imperii feudis concesserit. Docet historia, semper liberum integrumque fuisse ordinibus nostris vix consulto Cæsare consociare atque combinare ditiones

docent doctorum placita. (o) Si illustre ab iis po-
 stulamus ligiorum feudorum exemplum, imperii no-

Q 3

tionem quouis nomine ad ipsos deuolutas. Itterus de
Feud. Imp. cap. IIX. num. 19. pag. 402. licet ipse deinceps
 non prorsus iura principum disputare ausit, pro communi
 tamen doctorum sententia hanc probabilem rationem at-
 tulisse sibi visus est. *Quoniam, inquit, episcopatus & ma-* Itteri sen-
iora beneficia vniendi potestatem soli Papæ transcribunt vul- tentia re-
go, rationis est, vt & Cæsari consociandarum imperii pro- futatur.
uinciarum potestatem largiamur: cur enim quæso in secu-
laribus imperatori denegetur, quod in ecclesiasticis Pontifici
Romano vltro conceditur? Verum, vt cetera mittam, quam
parum conueniat Papæ Cæsarisque inter se potestati? quis
non agnoscit. Papa non imperium sed dominium fere in
facris sibi arrogauit. Quis istud Cæsari in imperio con-
cesserit, nisi omnis imperii status atque iurium prorsus i-
gnarus fuerit? Adeo facile in comparatione vere pugnan-
tium rerum labuntur, qui historiam veriore negligunt,
rationesque contendere immature festinant. Quod vnum
adhuc occurrit argumentum de felonia, non minus mani- Feloniae iu-
festo docet, quam male Longobardica aut etiam Landsasfi- ra Longo-
ca iura in ordines nostros adplicentur; aut, dum diuersi- bardica
tatis rationes magis appareant, quam quas vel stupidus a- male ad
liquis non obseruauerit, docet etiam, quam friuolæ sæpe & maiora im-
historiæ aduersæ rationes isti discrepantiæ declarandæ ad- perii feuda
hibeantur. Primum, licet credibile vix fuerit, adeo po- adplicata;
tuisse historiæ nostræ ignorantiam alicui imponere, vt æsti-
mare ordinum nostrorum feloniam ex communibus regu-
lis tentauerit: id tamen constat egisse Schuzium Vol. I.
Coll. Publ. D. 6. tb. 31. litt. f. & ante eum Sixtinum lib. 1. de
Regal. cap. 6. num. 67. His adeoque placeat, eodem vt
Landsasius, vt Italus quondam modo feudum amittere
 eoque

stri feuda omnia ligia, & contra non ligia illa esse, quæ
princi-

aut etiam
ad Impera-
torem.

Ineptae
causae fe-
loniae non
in nostris
principibus
ex Long.
LL. aesti-
mandae.

Ligii &
non ligii
feudi singu-
laris inter-
pretatio.

eoque mulctari potuerit, posse hodieque fere quemlibet principum ob feloniam dignitatis feudique iacturam facere. Putavit alius, felonia a domino commissa dominium extinguere, sollicitusque adeo fuit, quid de imperatore hoc in casu fuerit dicendum, an ille imperio casu eo excidat, dominiumque deinde principum consolidetur? Quærare desiisset, si modo attendisset ad nexum imperii ordinum, quo non tam Cæsari, quam imperii ipsi coniunguntur. Et hæc quidem crassiora placita hodie ægre cuidam ultra imposuerint. Si quærimus vero rationes, cur communes de felonia leges in imperio nostro principes adeo parum quadrent: crepant alii Cæsaris privilegia, quibus exemptio a communi iure debeatur, alii benignitatem imperatoriam, aut præscriptionem iurium ordinibus fauentem, aut nescio quid demum aliud. Qui quando historiæ vel modice periti essent, veras rationes ex ipso imperii nostri monarchiæ dissimilis, magisque foederatarum ciuitatum societatis similis statu facillime assumere, discrepantiæque verum fundamentum ostendere potuissent. Sed tantum de præposterâ communium regularum feudalium aut adplicatione in regalia imperii nostri feuda, aut etiam interpretatione & explicatione monuisse fat est.

(o) Vocis *Ligium feudum* & *Ligius vasallus* varia apud autores est interpretatio. Quidam *ligium* vocant *feudum*, quod quis habet immediate a summo principe. Sic Car. Molinæus in *Consuet. Paris. Art. 1. gl. 5.* Guil. Fornerius de *Feudis pag. 22.* illud interpretantur. Nec abludit Th. Cragius, qui *Feud. lib. 1. tit. 10. num. 13. pag. 101.* feudum *ligium* & regale idem prorsus esse, quia utrumque a summo principe conferatur, putat. Hanc interpretationem *ligii feudi*, qualiscunque pretii alias habeatur parum curantes, nos non

principes imperii nostri largiantur, nobis commemorant. Quem vero non vel leuiter inspectus imperii nostri

non impugnamus, & lubenter, vt tum principes nostri imperii ligii adpellentur, concedimus. Communis autem definitio feudi ligii, cui respondet vocis vera originatione, vt alioquin Longobardico feudali iuri & moribus inconueniens non est; ita tamen non sine insigni errore in imperii nostri feuda & subfeuda a doctoribus adplicari a nobis dicitur: quod statim deinceps probabimus. Ex communi hac definitione *Ligium feudum est, in quo vasallus domino fidelitatem contra omnes sine exceptione promittit.* *Communis de hisce feudis sententiae generalis illustratio;* Quæ definitio nititur sensu verbisque II. F. 99. & II. F. 28. §. *Contra omnes.* Contra deinde ex eadem doctorum mente *Non Ligium feudum erit, quando vasallus non indistincte, sed hoc vel illo excepto, ad fidelitatem domino prestandam se obligat.* His definitionibus dixi fauere vocis veram originationem, quam Chartæ a Du Fresne in Gloss. voce *Ligius* prolatae & scriptio vetus vocis *ligius* indicent. In charta Rainaldi Vicecomitis de Gimel an. 1163. dicitur: *Pro isto vero feudo idem Rainaldus fuit homo LITGES predicti Vicecomitis Raimundi.* Alia an. 1178. dicit: *Devan son senor, cui HOME LITGE ero.* Item alia an. 1229. sic habet: *saluo in omnibus iure Lemouicensis episcopi, cui homagium & LITGANCIAM debemus.* Ex his scilicet chartis apparet *ligium* seu *litgium* hominem esse hominem omni alio nexu liberum, solique domino obligatum, quem Germanice dixerimus *Ledig-Mann*: quam deriuationem vocabuli commode contra Du Fresne, qui a *Litis* seu *Adscriptitiis Francorum* voluit deductum, defendit & docuit Joh. Schilterus *Cod. Jur. Al. Rubr. num. XVI. pag. 14.* Talis *Lidgius* seu *Ligius* homo contra omnes potest domino fidelitatem nemine excepto, quia plane liber & ab omni nexu immunis est, præsta-

nostri docet status, tantam ab ævo omni imperii ordinum viguisse libertatem, ut quibus non consenserint, interuenire bellis nunquam coacti fuerint? (p)

Vnde

*eiusdemque
maior ratio
quam
prioris in-
dicata.*

præstare: ut adeo in eius feudum definitio ligii feudi facile quadrare possit. Hoc addimus, si utique tota distinctio in ligium & non ligium feudum, quam alio ex capite quidam doctores impugnant, plene probanda, rursus chartas adductas potius fauere communi eius definitioni, quam priori Molinæi atque Cragii sententiæ. Quod enim Rainaldus Raimundi Vicecomitis, incertus Lemouicensis Episcopi *Litgius homo* factus esse legitur; utique non ligium feudum dicendum fuisse videtur, quod tantum *immediate a summo principe* acceptum possideatur, sed potius, quod eo nexu datum, ut nemine excepto fidelitas contra omnes præstetur. Tamen alia, quæ nouam dubitationem afferre possunt, transeo nunc, nec hoc porro ago, ut ipsam communem definitionem & diuisionem, quam iure communi feudali recto nitatur talo, excutiam & examinem, sed potius, ut qualis qualisque sit, non nisi per errorem & verioris historiæ nostræ inscitiam in imperii nostri feuda illatam modo declarem & euincam.

(p) Ponamus nunc allatam in superiori nota communem feudi ligii atque non ligii definitionem in certo. Quæremus in quam classem imperii nostri feuda & sub feuda adnumerauerint doctores. Respondebit Strykius *Ex. Jur. F. Cap. III. qu. 44.* pro turba doctorum, qui omnes consentiunt, quosque laudat Itterus *de feud. Imp. cap. II. num 12.* *Feuda imperii regulariter ligia sunt: Feudum vero non ligium est, quod a principe imperii conceditur, quia ibi semper imperator cum imperio exceptus.* Adplicationem hanc diuisionis ad nostra imperii feuda nunc non possum non erroneam dicere. Si feuda scilicet imperii nostri ligia sunt, sequitur

*Feudorum
ligiorum &
non ligio-
rum ad im-
perium ad-
plicatio er-
ronea;*

Vnde clarissime patet, ligia, quæ describunt, feuda
R fortas-

sequitur principes nostros imperatori contra omnes nemi-
ne excepto fidelitatem præstitisse, adeoque obligatos esse.
Talem generalem obligationem imperii nostri libertati
minime conuenientem esse aio, & ex historia statim probo,
vnde de reliquis facile erit ad æstimandum. Ille est impe-
rii nostri status, vt dum vni quidem commissum esset im-
perium, ceterorum tamen ordinum libertati adeo egregie
ab ipsis reipublicæ initiis consuleretur, ut quibus non con-
senserint, imo potius quæ non decreuerint, bellis interue-
nire opemque Cæsari ferre minime vnquam obligarentur.
Pactis adeoque bella decreta, armaque subinde sumta ex
pacto. Ita de bello in Hungaros Henrici I. ait Witichin-
dus *lib. I. pag. 640.* post necessitatem belli gerendi expo-
sitam perrexisse regem ad populum dicere: *Consulite vo-
bis ipsis, & quid super hac re nobis sit faciendum eligite.* -
- - - *Ad hæc leuauit populus voces suas ad cælum,*
inquiens. - - - *Operam suam deinde promittens regi*
contra gentem acerrimam, dextris in cælum eleuatis PA-
CTVM firmavit. Tali itaque pacto cum populo peracto di-
misit rex multitudinem. Quod de multitudine a Witichin-
do dicitur, in principes atque primores gentis præcipue
conuenire, dubium esse potest memini. Qui sunt quæso
ligii homines, qui rogati a rege auxilia ea negare bellum-
que reprobare audent: Sic Otto Fris. *Hist. Frid. I. Lib. II.*
cap. 6. de Friderico I. & comitis Ratisponensibus dicit:
Ibi etiam princeps, eo quod omnibus in proprii imperii finibus
ad eius voluntatem compositis, virtutem animi, quam intus
gerebat, extra ferri disponderet, Vngaris bellum indicere, ipsos-
que ad monarchiæ apicem reducere volebat. Sed cum assen-
sum super hoc principum, quibusdam de causis latentibus,
habere non posset, ad effectum tunc perducere ea, quæ volue-
bat

quantum
ad imperii
maiora
feuda,

fortassis in Suecia Galliisque, nusquam vero reperiri
in

bat mente, non valens, ad opportuniora tempora distulit. Recentiore ætate Fridericus IV. Maximilianus I. Carolus V. imperatores in Heluetio, Veneto, Gallicisque bellis decretis, frustra ordinum auxilia sollicitarunt, repulsaque lata suis viribus militare coacti sunt. Quis meminerit, proximis annis, nouo in Gallos bello suscepto, vllum imperii principem, quasi ligium hominem, ad arma socianda mandatis compulsus esse? Imperii demum decreto, vt communi nomine administraretur bellum, opus fuit. Quin imo constat, a multis non incommode postulatum esse, vt vel imperii decreto sancito, liceret principibus neutris fauere partibus, belloque prorsus deesse. Romana quondam expeditione indicta omnes imperio militare iussi. Casus vero iste exceptus videtur regulam constituere, quod extra eum licuerit ordinibus ex arbitrio imperatori belligeranti subuenire aut auxilia denegare. Profecti cum Ruperto in militiam Italicam Leopoldus Austriacus & Fridericus Coloniensis, vix coepto bello cum copiis domum reuersi sunt, cum infeliciter Cæsarem res suas agere vidissent: cuius rei testes vid. in *Historia Germ. Vn. & Pragm. T. II. lib. 2. cap. 4. num. 5.* Quis ligius homo istud impune foret ausus? Pro sua autem libertate id principes illos egisse, nec vlllo modo læsisse constat iustitiam. Per ipsam imo etiam capitulationem obstringi nouimus imperatores, quominus vllum bellum moliantur, de quo in comitiis non fuerint communicata consilia. Adde proxima ætate cum principibus, quasi summa potestate præditis, Cæsares pactos esse militem armorumque consociationem. Quæ omnia quam parum possint cuiquam vel stupido persuadere, vt generalem ad auxilia Cæsari præstanda ordinum obligationem porro asserat, imperii nostri feuda ligia dicat, ligiosque
vasallos

in Germaniis. In hisce summa vasallorum iura, quæ
 R 2 vndique

vasallos nostros principes interpretetur; apud quemlibet reliquum esto iudicium. Postquam autem male pro ligiis ex communi sententia definitis feudis imperii nostri feuda haberi, ostendimus; alterum restat, vt subfeuda imperii ^{& etiam,} male pro non ligiis haberi doceam. Fauere quidem vul- ^{quantum} gari opinioni hæc asserenti poterat videri insignis ille lo- ^{ad imperii} cus, qui præcipue destruendæ chimææ superioritatis ter- ^{subfeuda} ritorialis statim post Carolingos extinctos stabilitæ par est, ^{attinet.} in Wippone *Vit. Contr. S. pag. 435.* Ibi roganti Ernesto duci comites, vt ipsi contra Cæsarem militarent, responsum a Friderico & Anselmo comitibus: *Nolumus inficiari, quin Wipponis vobis fidem firmiter promitteremus contra omnes PRAETER ^{insignis lo-} EVM, qui nos vobis dedit: si serui essemus regis & impera- ^{cus,} toris nostri, & ab eo iuri vestro mancipati, non nobis liceret a vobis separari. Nunc vero, cum liberi simul, & libertatis nostræ summum defensorem, interea regem & imperatorem nostrum habeamus, ubi ILLVM deserimus, libertatem amittimus, quam nemo bonus nisi cum vita simul dimittit. Quod cum ita sit, quicquid honesti & iusti a nobis exquiritis, in hoc parere volumus vobis. Si autem contra hoc vultis, illuc reuertemur liberaliter, vnde ad vos venimus conditionaliter. Quis hoc a me suppeditato testimonio dubitandum putet, quin mea casurus causa sim, & necessario ^{& eius ido-} subfeuda imperii pro non ligiis in posterum habenda fue- ^{nea expli-} rint? Verum enimvero satis consultum isti obiectioni, si ^{catio.} consideraueris, Wipponem eius ætatis esse historicum, cui summa potestas, a principibus deinceps accepta, adhuc prorsus ignorabatur. Tum sane nemo negauerit, non ligia fuisse feuda, quæ a ducibus principibusque nostris, qui solis adhuc officiis suis fungebantur, conferebantur in comites nobilesque. His omnibus adhuc integrum tunc ius erat*

vndique animis occurrunt, ex historia nostra, at minime

erat veniendi ad comitia, atque de rerum summa cum ipsis ducibus decernendi. Qui putentur hisce ornati summis iuribus voluisse seipsos tam facile segregare ab imperio, & in ligiorum hominum abire conditionem, qui vere, quantum ad duces attinet, non ligii essent, sed soli fere vt duces imperio ligia quodammodo clientela obstricti essent? Mutatis autem hac in causa posteris temporibus ducum principumque iuribus, profecto longe deinceps aliter statuendum erat. Quo scilicet magis principum surgeret & stabiliretur potestas, eo propius feuda in ipsorum prouinciis a non ligiorum indole ad ligiorum feudorum naturam accesserunt. Quoties bella inierunt principes, ipsis auxilia ferre vasalli iussi, vt in plerisque etiam ditionibus rarum ipsis superfuerit ius, de necessitate iustitiaque belli inquirendi. Sed dicis salua res est, nam Cæsar tamen semper exceptus est; quod naturam non ligii feudi exhaurit. Enimuero rursus contrariam sententiam veriolem puto. Quotus enim quisque nostrorum principum, aduersus Cæsarem fortassis belligerando, non vasallorum suorum tulit auxilia? Nec quod forsitan putes, hanc ob causam perduelles impiique in Cæsarem tales principum clientes habiti; quin potius, quod satisfacissent officio suo, & præcipuæ pro domino suo obligationi, vel victo ab imperatore principe, non poenas dederint, sed laudes præmiaque tulerint. Qualia, si opus foret exempla in serenissima Saxonica domo bellisque cum Cæsare a Mauritio & Iohanne Georgio I. electoribus administratis liceret reperire. Quod si ad litteras inuestituræ, quam appellant, respexeris, nulla in eis excepti imperatoris mentio, sed, quod ligii feudi putatur esse indicium, *contra omnes* vasalli diserte obligantur. Scilicet adiuncta est etiam in plerisque Germaniæ

Vere ligia
facta ipsa
subfeuda
imperii.

nime ex Longobardicis iuribus explicanda veniunt. (q)

R₃ Cui

niæ ditionibus clientis fidei qualitas subiecti, quæ non vafalli tantum officia, sed & subiectissima erga territorii dominum obsequia pofcit. Ad hæc ipfe imperator vafallos videtur adstringere & commonere, fimul pollicitus, nunquam fe paffurum, vt illi vel minimum obtentu clientelæ nouæ Cæfari præftandæ aut præftitæ ab officiis domino debitis recedere audeant. Vid. *Capitul. Leop. & Iof. art. III.* Cum etiam in oblatis feudis maiori benignitate vafalli tractari foleant, a maiori mihi licebit ad minus commode argumentari. Si nimirum Haffiæ Landgraffius, Ludouicus, ipfum Waldeccenfem comitem, terras illi in feudum offerentem, ligia clientela obstrinxit, & caftorum arciumque apertionem & vsum *aduerfus omnes* eius hoftes, *nemine excepto*, ftipulatus eft: quod litteræ inueftituræ An. 1438. apud Londorpium *Lib. VI. cap. 10. num. 2.* manifefto docent: quo minus licebit beneficiariis minoribusque vafallis clientelam dominis debitam de non ligia interpretari. Quæ quidam de exceptione iuris non facti regelferit, non vltra multum morabor, cum per dicta clariffime dudum apparuit, fi quæ in Germania ligia fuerint quærenda feuda, nusquam fane ea alibi, quam in ditionibus potentiorum principum noftorum reperiri. Et fatis igitur curatior noftre reipublicæ confideratio nos docuit, communis feudorum in ligia & non ligia diuifionis in imperii noftri feuda & fubfeuda vulgarem adplicationem prorfus efle erroneam, & contrarias fententias longe facillime poffe ftabiliri: quod ex inftituti ratione a me hætenus breuiter probandum erat.

(q) Dum nusquam reperiri dicimus in Germania ligia feuda, regalia putamus, quæ quam minime poffe in illo ordine cenferi, fatis fuperiori loco demonftratum eft. Minora be-

Cui vasallo, quantæuis fuerit conditionis, de terris, bonisque, iurisdictionibus atque iuribus ex arbitrio decernendi facultatem Longobardicæ leges tribuerint? Quæ omnia vero, & quæ maxima vnquam esse possunt iura, summa potestate a nostris principibus administrari nouimus. (r) Nec audiendus hoc loco Meibo-

Th. Michaelis sententia de feudis ligiis examinatur.

ra beneficia, quæ subfeuda adpellant, contra communem opinionem adeo abesse diximus a non ligiis feudis, vt prope magis ad ligiorum naturam accedant, simul monui: sed nostra istud parum vltra refert. Ceterum reperio Th. Michaelem, quem laudauit Klockius *Relat. Camer. XXVI. num. 50. 65.* eiusdem mecum fuisse sententiæ; *Feuda ligia in Gallia & Italia frequentia, in Germania vero incognita fuisse.* Recte ille, si mecum regalia in Germania feuda ligia esse negat, & in Italia Galliaque, quorum regnorum diuersæ sunt formulæ, satis cognita esse affirmat. Cum alii tamen prorsus velint subfeuda imperii nostri, si omnino diuisio toleranda fuerit, ligia adpellare; facile tum concesserim, Michaelem nulla distinctione addita nimis late de tota Germania negare, quod tantum fuerat negandum de regalibus in Germania feudis. Certe quod Itterus *de Feud. Imp. cap. II. num. 12.* Michaelis sententiam iniquam esse dicit, eo nomine tolerabimus, dum vtique Itterus voluerit, subfeuda imperii omnino non ex ligiorum feudorum classe eiicienda esse: non eum autem audimus aut probamus, dum, quod toties reprobauimus, ipsa regalia feuda simul ligiis annumeranda iudicauit.

Longobardici Feud. iuris nullus in regalibus feudis usus.

(r) Longobardicum ius feudale cum in vniuersum Germaniæ nostræ moribus sit inconueniens, tum præcipue pessime regalium feudorum regulam statui, iam superiori loco probauimus. Rursus in hoc argumentum modo incidimus, & exemplis quibusdam veritatem clariorem reddere

Meibomius, qui dudum feuda imperii versa esse in
allodia sibi persuasit: ratus fortassis, non posse alio-
quin

*Imperii
feuda non
in allodia
versa.*

dere conamur. Quid, inquam, solatii nobis in Longo-
bardicis placitis, dum principum nostrorum summam in
ditiones potestatem consideramus? De suprema hac pote-
state combinandi, alienandi, regendi fines, describendi iu-
risdictiones, transigendi, paciscendi, atque in vniuersum
statuendi de territoriis atque in ditionibus, sexcenta exem-
pla, testimonia, documenta facile afferrem, si quisquam
eam rite in dubium adduxerit. Nonne Henricus Leo bre-
ui post surgentis dominationis principum initia ex arbitrio
de regionibus pactus est, & quasi sui proprias terras libere
dispensauit? Cuius rei variam descriptionem nobis reli-
quere duo egregii eius ætatis historici, Helmoldus & Ar-
noldus Lubecensis. Nec Cæsar iam proscripto Henrico
iniquè tulit, Lubecenses obsessam ab ipso urbem noluisse
tradere, donec per nuncios voluntatis ducis essent certio-
res facti. Vid. Arnoldus Lubec. *Chron. Sclau. lib. II. cap.*
35. Tam æquo autem animo hæc imperator, nisi sibi con-
scius iustæ principum potestatis, & quod in superioris
obseruationis illustrationem addo, simul ciuium ligiæ erga
ducem clientelæ iustitiam agnoscens, ægre Lubecensibus
concessisset. Post interregni tempora, quot principum
ditiones libere ab ipsis diuisæ in filios, datæ pignori, ab-
alienatæ, nihil prorsus libertate eorum obstante aut repu-
gnante imperatore? Saxoniorum hac in causa iurium iu-
risque crebri exercitii perpetua exempla tradit Mullerus
in *Annal. Sax.* aliique autores plures. Maiestate quodam-
modo gaudentibus Serenissimo Electori, imo & ceteris Sa-
xonix ducibus minime istud negandum visum. Sane non
frustra Saxonica sigilla maiora, præcipue electoris, iam ab
antiquo *sigilla maiestatis* ab ipsis principibus compellata
esse,

*Potestas
summa
principum
Imp. illis li-
mitibus
frustra æ-
stimatur.*

*Maiestatis
sigillum Sa-
xonicum.*

quin Longobardici iuris in Germania defendi aucto-
rita-

Tutelae
statuum
imperii sin-
gularia iu-
ra.

Sucessio-
num prin-
cipum sin-
gularia iu-
ra.

Iura quae-
dam prin-
cipum Lon-
gobardico
iuri incon-
gruentia.

esse, docuit Perillustris auctor *des Europ. Herolds T. I. cap. 3. sect. I. pag. 117.* multisque deinceps testimoniis allatis Excell. Gribnerus in *disp. de sigillo maiestatis Saxonico* latius persequutus est. Quam quidem doctrinam Auctor *Germaniae Principis lib. III. cap. 4. pag. 180.* Theonino quondam arrosit carpsitque dente, ut nil tamen adductis rationibus aliud effecerit, nisi quod iniuriosi & in summorum principum decora iniqui animi de se ipso perhibuerit testimonium. Statuit alioquin *Aureae Bullae* sanctio, ut in electoribus vni legitimæ tutelæ locus sit. Verum ipse Perillustris Lynckerus, non ceterum nimium principum iuribus tribuens, ad *A. B. tit. VII.* fatetur, ius esse Saxoniae potentissimo electori non filiis solum, aut ceteris ditionibus, sed ipsi electoratus etiam prospecturum testamento tutorem dare. Nemo nescit idem non simplici vice Palatinos electores egisse, & ut liberet tutelam testamento constituisse. Iubetur sane feudali iure vasallus legibus beneficiariis vivere. At male istud in principes nostros legibus fere solutos dictum putaueris. Sane cum soli primogenito electoris dignitas per auream bullam designata est, quæ quodammodo lex feudalis electorum esse videatur; nihilominus tamen per sibi debitam maiestatem Fridericus I. Brandenburgicus præterito maiore natu secundo electoratum tradidit, & Fridericus Victoriosus Palatinus, omnino adoptato pupillo electore, donec vixit electoratum inuito & repugnante imperatore rexit. Cuius rei varios testes adduxi in *Hist. Germ. Vniu. T. II. lib. III. cap. 6. num. 4. 7. lib. V. cap. 2. num. 23. cap. VII. num. 2.* Austriacæ domui ius antiquum est, non solum de ditionibus libere paciscendi, sed etiam eas abalienandi, donandi, & deficiente hærede alio testamento in alium eas transferendi, imo non

ritatem. (s) Enimuero vt feuda porro sint mane-
 S antque,

non exclusa libertate eas ab imperio prorsus separandi, ex arbitrio de eis statuendi. Accepit eadem iura Brandenburgica domus, vt libere dispenset suas regiones, de iis paciscatur, & vt libuerit eas regnet. Vid. Diplomata Frederici & Maximiliani Imperatorum nuper adiecta *Speciei Facti appendici aduersus Culmbacenses Principes*. Qui quæso velis nunc regalia imperii feuda ex Longobardicis iuribus æstimata? Disparilitatis autem rationes, cum iam aliquoties indicauerim, modo mitto. Parendum erat Italiæ. Contra in Germania vnanimis ordinum omnium consensus quæ vellet iura facile constituit; quæ, quod imperator ipse præscriptis ipsi legibus viuere necesse haberet, mutari & inuerti minime iure potuerunt. Tamen hoc re-
 perio, principibus nostris non licuisse, quod Longobardico iure vasallis licuit, vt feudo scilicet suo in filiorum odium cederent domino. In antiquo feudo Longobardico iure agnatorum, quibus succedendi ius acquisitum fuerat, consensus ad cessionem feudi requiritur *II. F. 26. §. Titius*: filiorum nulla mentio. Contra Germanico iure principibus, donec regnent, suprema quæuis iura videntur attributa esse, sed simul filiis prospectum, quo minus futuris suis iuribus a parentibus spolientur. Ita, cum Albertus, quem Degenerem adpellarunt, Thuringiam Adolpho Cæsari in filiorum odium vendidisset, res visa indignissima omnibus, & horum causa contra illum tantum fauorem habuit, vt demum Adolpho hanc maxime ob causam abdicatum fuerit imperium. Potius autem id incremento potentiæ principum Germanicorum videtur datum esse, quam cuidam eius detrimento. Hoc etiam censeo, quod principes nostri Longobardico iure ad crebram inuestituræ renouationem adacti sint, non id æque eam ob causam statutum esse,

Refutatio feudi in domini manus non aequè licet in regalibus feudis ac Longobardico iure.

Cur ex Longobardici iuris indole toties renouatione

quasi

antque, eorum modo iura declarentur ex historia, indeque

inuestiturae in feudis regalibus opus sit?

Regula generalis ad idoneam tractationem Iuris Longob. in regalibus feudis.

Variorum DD. sententiae de Longobardico iure ad imperii feuda non adplicando.

quasi conueniat Longobardicis legibus viuere, sed eo præcipue, ne cum tantis eorum iuribus, tandem plane feudi inducatur obliuio, eoque modo nexus, quo totum hodieque coniungitur imperium, tollatur aut aboleatur. Saltem inepte hic etiam fecerit, qui ad Longobardicas aut prouinciarum leges tempus petendi inuestituram reliquaue solennia in principibus adeo accurate statuerit æstimanda. Nunquam profecto in vniuersum, quod facile probaturus sim, mihi Longobardicæ consuetudines videntur in imperii maioribus feudis hodie respiciendæ esse, nisi vbi horum aut decori aut commodo conseruando aut parando aperte fauerint: quo casu fortassis in ceterorum iurium Germanicorum subsidium aut potius illustrationem eas posse allegari statuerim.

(s) Quam modo veritatem paulo latius persequuti sumus, eruditiores & cordatiores doctores bene multos aut prorsus probasse, aut parum ab ea abfuisse, reperimus. Ait Limnæus ad *Capit. Car. V. art. XXIV. num. 34. pag. 271. seq.* *Totum feudale Longobardicum ius unquam in Germania receptum fuisse, credat Iudæus Apella.* Deinde plane negat, eius in maioribus imperii feudis quenquam vsum esse; contra vero in iis ad vetera Germaniæ iura fere vnice respiciendum esse. Conringius ad *Lampad. P. III. cap. 3 §. 6. 8. pag. 140. sequ.* grauitè ait: *Moribus cui huius receptum est passim feudi vinculum aliquod, quo vasallus duntaxat ad commem maiestatis dominica reuerentiam obligatur, de cetero fere liber, & in regenda republica sui iuris: quod postea in status imperii diserte dictum cupit, & adeo eorum errorem explodit, qui ad Longobardica iura eos adstrictos velint.* Idem deprehenderit iudicium apud Gastelium de *St. Europa cap. VII. num. 16. sequ.* & quos alios doctores plerumque hodie consentientes silentio transimus. Plus adhuc

indeque verum atque genuinum Germanicum feudale

S 2

adhuc ultra non incommode tendit Textor de *Rat. St. Germ. cap. II. pag. 21.* dum *Feuda imperii maiora* declarat, hodie iure feudali proprio non censeri, sed in multis, si usum *Alii DD.* & praxin atatis nostræ respicias, in conditionem rerum al- *prorsus ne-* *gant ullum* *ius feudale* *in regalibus* *feudis ob-* *tinere;* *in* quibus eius verbis, si proprium *ius feudale* generatim intellexeris, non negat tantummodo Longobardica iura, sed omnino feudalia certa quædam iura hodie in imperii feudis maioribus obseruari. Consentit cum Textore Burgoldensis *P. II. disc. 5. num. I. pag. 856.* nec longe ab eius sententia abscedit Kœhnius *diss. de St. Elect. Imp. pag. 38.* qui feuda electorum, quæ ab imperatore & imperio habeant, fere allodialium naturam hodie induisse statuit: quo ipso clarissime hi auctores ostendere conati, quam minime conueniat tanti momenti feuda ex communi feudalis iuris regula metiri. Tolerari hoc sensu etiam potest personati illius Relfendsonis *de summo. Princ. Germ. potest. cap. XII. pag. 183.* sententia, qua *ducatu* & *aut ista ve-* *ra adhuc* *feuda esse.* *comitatus Germania hodie a naturalibus & essentialibus feudorum multum deflexisse*, variis rationibus probare satagit. Cum utique autem imperii feuda essentiam feudorum non omnem exuisse, fere statuamus, Relfendsoni quidem lubenter largiemur, sane multum ea & ab essentia & a natura feudorum deflexisse; nec uero, siue Meibomio siue Monzambano prorsus assentire poterimus, qui omnem demum feudalem nexum in maioribus imperii feudis vere destructum & sublatum iuerunt. Meibomius in *Apol. pro Ott. IV. Imp. pag. 115.* adducto Iohannis Monachi ex *M. Chron. Belgico* testimonio, istud ita interpretatus est, quasi *Henricus VI. principum bona feudalia sanciuerit esse allodia, hoc est ab omni clientela libera & soluta.* Vere quidem, quasi historiam scribens ista Meibomius videtur scripsisse, ut adeo non prorsus

dale ius instruatur; facileque tunc & commode Longobar-

refutatur.

prorsus videatur constare, an omnino putauerit, in eo statu allodiali durasse maiora imperii nostri feuda. Quoniam tamen illa verba generatim atque sine addita declaratione profert, notari primum debet, insignem excellentissimi historici historicum errorem in eo versari, quod istud putet Henricum VI. statuisse, cum & Iohannis testimonium accuratius perspectum & longe maxime Geruasii Tilberiensis in *Ot. imp. lib. II. cap. 19. pag. 943.* verba longe aliud manifesto doceant, & pacta Henrici VI. statim rupta atque totum negotium concidisse alioquin satis sit cognitum. Deinde dicam, si prorsus ea est Meibomii sententia, quod ex eo tempore feuda imperii plene allodia facta sint, non parum illum censuram meruisse, quam ipsi H. Eybenius scripsit in *diss. de Tit. Nobilis pag. 141.* Vt scilicet doceamus, Longobardicum ius, cuius Meibomiana ætate magna passim erat veneratio, & quod tunc quasi commune censebatur, in imperii nostri maioribus feudis nullius auctoritatis esse, minime eo recurrendum, quasi allodia hodie illa facta sint; cum sufficiat declarasse, quantumuis illa in feudorum numero eorumque nomine censeantur, minime tamen communibus feudorum regulis eadem esse metienda. Altera ex parte Monzambanus, aut qui eo diu latuit nomine, Pufendorfius, *de St. Germ. Imp. cap. III.* postquam feuda imperii principum ab origine esse oblata adseruisset, nil demum aliud nexum feudalem, quo principes imperii adstringantur, efficere, dicit, quam conditionem inaequaliter federati: quam in reliquis clarissime ex summis statuum iuribus patescere, vult declarare. Enimuero, ut non negemus haud multum a tali conditione abesse illa maiora feuda, non tamen desinunt vera feuda esse, saltem nomen seruare; & ut merum commentum illa oblata feuda sapiant, ita

Monzambanus imperii feuda de inaequali foedere interpretatur;

nec magis tamen placere potest.

gobardicarum sanctionum in Germania iacturam tolerabimus. (t) Quam, vt vnum hoc addamus, longe

S 3

maxi-

ita facile etiam, corruunt, quæ ficulneo isti fundamento superstructa sunt. Vid. etiam, quæ supra de chimæra oblatorum feudorum differuimus.

(t) Feudorum essentia & nomen minime imperii nostri maioribus regalibusque feudis neganda. Sed vt feuda sint, non eget eorum diiudicatio siue Longobardicis, siue communibus feudorum regulis, quod copiose passim me puto hætenus euicisse. Ceterum frustra esse puto omnem doctorum de Longobardici iuris in imperii feudis auctoritate disputationem: an illud ius vt receptum, vtrum quatenus receptum in illis obseruetur? Posterius sane non prius affirmauerit, quisquis recte perspecto imperii nostri statu, plane desciscere a Longobardicarum consuetudinum veneratione sibi religioni duxerit. Ipse neutrum affirmauerim; non prius quod dudum explosam sapit fabulam, Longobardicum ius vsu receptum esse in imperii nostri feudis iudicandis: nec posterius, quoniam, licet tum probandi onus in allegantem illius iuris vsu deoluatur, probatione tamen poscenda opus non est, cum plane nunquam receptum esse, & nunquam vere & legitime obseruatum satis constet, adeoque male, nisi fortassis illustrationis aut commodi cuiusdam obtinendi causa allegetur. Quo magis acrem censuram meretur, qui post dudum explosa superioris æui commenta, pro prioris quæstionis parte adhuc pronunciauit Itterus de *Feud. Imp. cap. II. num. 8. pag. 68.* Ibi ille, *Quod in genere, inquit, de regalibus beneficiis pronunciauit Rosenthalius, communibus eadem feudorum regulis subiacere, nisi specialiter quid in iisdem constitutum sit, de Feud. cap. X. conclus. 42. num. 33. parum abest, quin ad imperii feuda quoque producendum existimemus, modo illud ob-*

Inanis Doctorum lis an vt, aut quatenus receptum Long. ius in imperii regalibus feudis valeat?

quæ quæstio prorsus repudiatur?

Itterus notatur ob prioris quæstionis partem affirmatio-nem.

serue-

*Præiudici-
um princi-
pum Imperii ex ab-
usu Iuris
Longob.
& prouin-
cialis feu-
dalis.*

*Regula, qua
standum sit
in huius
causæ di-
iudicatio-
ne.*

me illi principes optare debent, qui summo domuum suarum incommodo ex Longobardicis, aut, quod est fere idem, ex patriis feudalibus sed peregrinitate infectis institutis, metiri & statuere iura sua huc vsque adfueuerunt. (v)

Satis

seruetur, nihil interesse, siue per diuturnum temporis usum, siue per expressam legis sanctionem aliquid heic mutatum & abrogatum fuerit, si modo de ipsa mutatione satis alioquin constet. Quod velit Iterus, commune Longobardicum ius in ipsis imperii nostri maioribus feudis recte haberi pro recepto, nisi clarissime mutatio probata fuerit; cuiuslibet ex eius verbis patet. Verum, quam istud contra omnem historię fidem statuatur, non ultra ampliori eget declaratione. Non scilicet hac in causa definienda standum siue doctorum auctoritate, siue nobilibus quibusdam ab ipsis summis imperii iudiciis factis præiudiciis, sed ipsa rei solida consideratione, legum sensu, ordinum imperii mente, ipsiusque adeo imperatoris facile probando consensu. Hisce omnibus rite excussis, manifestum fit, vel omnium Longobardicarum consuetudinum notitię in Germania iactura facta, nihil detractum iri de maiorum imperii feudorum commodis aut iuribus, quibus instruendis & imperii nostri leges & vetustissima iurium obseruantia per historiam declarata longe optime sufficiant.

(v) Præside Excell. Gribnero *de Præiudicio principum imperii ex abusu iuris Justinianei* paucos ante annos in hac academia disputatum est. Dignum puto operę pretium laturum, qui eodem modo *incommoda principum imperii ex abusu iuris Longobardici & prouincialis feudalis* singulari commentatione declarauerit. Quod argumentum, dum data occasione fortassis ipse copiosius sim explicaturus, sicco
nunc

Satis in præfenti puto oratione noſtra demonſtratum, quot nauiſ feudalem iuriſprudentiam hiſtoria noſtra onerauerit inſcitia, quæ poſita & erudita cura ſtatus imperii noſtri perſpectus vnam medelam illis næuis afferre erroribusque eximere nobilem doctrinam poſſint. Quod reſtat verborum, ex officii modo ſuſcipiendi & ſuſcepti rationibus ſubmiſſiſſimo Dei Regiſque cultui teſtando, cetera veſtro, Auditores, fauori atque affectui implorando, impendendum eſt. Ex alma me Fridericiana, vbi duo propemodum luſtra bonas docendo diſciplinam ſatis feliciter peregi, in Leucoream hancce academiam aduocatum eſſe, diuinæ eo magis acceptum refero gratiæ atque prouidentia, quo minus meis curis, precibus, aut laboribus, vt munere hoc ornarer, effectum eſt. Quas igitur demiffiſſimas ſummo optimoque numini, benigniſſimo rerum mearum ſtatori atque conſeruatori, pro innumeris aliis nouisque hiſ beneficiis ago habeoque gratias; deuotiſſima ſimul illud maximum vniueſque bonum numen mente veneror, ita vti per efficaciffimam eius gratiam liceat acceptam ornare prouinciam, vt ſummam ipſius gloriam nunquam non promoueam, vt ſaluti meæ omnium maxime operer, omnibusque in vniuerſum, quantum ingenii animique valebunt vires, vt ex officii noui iuſtis rationibus vtiliſſimas ſemper præſtem operas. Sereniſſimum atque potentiſſimum Regem, Dominum noſtrum
longe

nunc pede libet tranſire; cum præfertim illius multa tractatione poſt ea, quæ copioſe allata ſunt, parum hoc loco opus eſſe videatur.

longe clementissimum, nullam digniorem poscere gratiarum actionem, cultusque demississimi testificationem, quam vti demandati officii & muneris subiectissimo animo semper rectus modus impleatur, satis mihi persuasum est. Quod summa contentione, opera, atque industria moliturus, studiaque mea, quantum potero, Munificentissimo academiae nostrae Nutritori probaturus, id vnice Deum optimum maximum precor atque flagito, eum adoro, ei supplico, vt Augustissimum AVGVSTVM nostrum, Serenissimam Reginam, Augustum Regium Principem, Academiae nostrae Magnificentissimum Rectorem, tot bonis, fortunis, decoribus, virtutibusque largissime abundare iubeat, quot aut diuinæ eorum mentes complecti cogitationibus, aut fidissimi subiecti votis suis poterunt adsequi. Aeternum Serenissima Saxonica gens vniuersa floreat, atque in terrarum diis altiore gradum, depressis atque deiectis hostibus, depulsis & confusis inimicis atque inuidis, gaudentibus atque exsultantibus fidis ciuibus, conscendat & obtineat. Præsto sint perpetuo, vt nunc sunt, Serenissimo Regi, cunctisque fortunis & felicitatibus exsuperent Sapientissimi Regiorum consiliorum Præsides atque Administri, fulcra patriæ, communis salutis columnina, fatorumque moræ: & quam nunc, ita continuo, vt ceteris bonis, ita fortunatissima Saxonica aula prudentibus, benignis, iustis, piis, felicibusque proceribus atque heroibus circumfluat. Academiam nostram, cuius me modo membrum esse Serenissimi Regis

Regis iussit clementia, post alterum seculum iam exactum, diuina fauente prouidentia, Germaniæ totius, Saxoniamque præsertim nostræ bono atque solatio superare, florere, prosperrimeque vndique agere cernimus. Si quid nostra etiam possunt pia vota, conseruet eam porro Deus, & vnde quondam lux orbi melior affulgere cœpit, inde nunquam pietas, virtus, sapientia, veritas, eruditio, felicitasque recedat aut dimoueatur. Ad vos me conuerto, Magnifice Academiae ProRector, ceterique academiae huius conscripti Patres, Patroni atque Collegæ omni honoris cultu prosequendi! Omnis profecto humanitatis expers sim, nisi læter gratulerque mihi locum concessum in amplissimo Senatu vestro, qui tot habuit habetque illustres pietate, virtutibus, doctrina, dignitate, fama Doctores. Horum quidem gloriam meritoque immortalia me vnquam adsequuturum, mihi minime tribuo. At optima quæuis me indefesso conatu atque animo pressurum vestigia, quantumque maxima contentione mentis potero efficere, dignum me ordine vestro præstiturum, in me recipio spondeoque. Quem cetera vestrum mihi fauorem, affectum, amorem, qua par est obseruantia atque humanitate, expeto, flagito, atque polliceor; cura, pietate, officiisque omnibus perstudiose conabor demereri. Ita vos etiam omnes, quod strenue agitis, veritatem doctrinasque bonas colere, docere, atque commendare, studere paci atque concordiam, efflorescere cunctis virtutibus atque fortunis Deo benignissime largiente, pergite: me sane habebitis æmulum virtutum,

T

tum,

tum, veritatis amicum, consiliorum obseruantissimum, fortunæque vestræ amantissimum. Extremum vos compello Illustrissimi Comites, Tuque Generosissima atque Nobilissima ciuium nostrorum corona! Spes summæ, communiaque patriæ nostræ gaudia! Vos estis, quorum studiis commodisque Serenissimus Rex curas vigiliasque meas deuotas facrasque esse iussit. Agam semper, quod agere hodie incipiam, nihilque potius, nihil antiquius habebo, nisi vt docendo commentandoque vobis ad optimas quasuis disciplinas tradendas, ad diuina humanaque iura pandenda atque exponenda, ad omnis denique sapientiæ adyta aperienda, alacriter præeam, officiaque semper, meas atque curas, operas, vigilias, studiaque vniuersa paratissima exhibeam. Publicas vobis scholas primas hodie secunda a meridie hora in argumento, quod præcipue culturæ mihi demandatum est, iure scilicet feudali, duce illustri quondam huius academici iureconsulto Strykio exponendo, continuo aperiam: ita in commoda vestra laborum dispositurus pensa, vt cum nouo olim semestri ad nouas operas me continuo accingere valeam. Vos modo fauore, amore, atque affectu vestro succurrite laboribus, confirmate meas curas, cupidamque doctrinarum, consiliorum, atque præceptorum mentem præbete, nec spero vnquam fore, vt aut vos me maxime doctore vsum esse, aut me pœniteat animi ingenique dotes viresque vestris impendisse desideriiis. In academia agitis, ex qua optimis quibusque virtutibus, artibus atque scientiis ornatos, instructos, & præditos
reditu-

redituros cupit, optat, speratque patria, cui nati, educati, atque consecrati estis. Omnibus vna vobis virtutis calcanda via, vna veritatis premenda semita. Agite, fructuosum laudabileque mentis studium, quod nunc iuventutem vestram alet, senectutem oblectabit, quod secundas vestras res ornabit, aduersis per-fugium atque solatium præbebit, in Academia nostra summa contentione capesite. Audite veterem Poëtam: (x)

Discite {o miserè } & causas cognoscite rerum,
{mortales }

Quid sumus, & quidnam victuri gignimur, ordo
Quis datus, aut meta quam mollis flexus, & unde,
Quis modus argento, quid fas optare, quid asper
Vtile nummus habet: Patria, carisque propinquis
Quantum elargiri deceat: Quem te Deus esse
Iussit, & humana qua parte locatus es in re.

Illustrissimos Vos Comites in alto fortunæ gradu locavit Deus. Maiorum Patrumque vestrorum habetis, quæ imitemini, quæ consecretemini, gloriosa atque illustria exempla. Macte hac summa fortuna estote, domesticisque decoribus inflammati & confirmati omnem virtutem, vt præclare cœpistis, eo porro excolite studiosius, quo maiora debetis summæ, in qua estis, Serenissimi Regis, Illustrissimorum parentum atque agnatorum vestrorum, præterea patriæ vestræ vniuersæ expectationi. Ceterum florete deinceps fortunis, bonis, virtutibus vniuersis, viuite vitam in

T 2

nostra

(x) Persii Sat. III. vers. 66. sequ. egregium hoc est monitum.

nostra hac Leucorea nouis dotibus instructiorem olim felicissimam, atque in Germaniæ omnisque publicæ rei præsidia, commoda, emolumenta, in uestrarumque illustrissimarum gentium noua perennaturaque decora atque ornamenta exsplendescite! Vos etiam Carissimi commilitones, Generosissimi atque Nobilissimi ciues nostri, mementote, quid loco huic, quid tempori, quid uobis, quid patriæ debeatis! His uestris studiis, desideris, curis, laboribus non Deus, non fortuna deerit, nec licebit mihi non optima quæuis polliceri, spondere, ominari. (y)

*Virtus, mihi confidite, repulsæ nescia sordidæ
Intaminatis fulget honoribus.*

D I X I.

(y) Sententia est Horatii *lib. III. od. 2.*



OBSER-

OBSERVATIO III.
DE
ORIGINIBVS
FEVDALIS IVRIS
AD CONSVETVDINEM
MINIME VERO
AD
CAROLI MAGNI INSTITVTA
REFERENDIS
DISQVISITIO
CONTRA
TH. FRANZI ICTI
ANTIQVIORA ASSERTA.



OSSEKAVATIO III

DE

ORIGINIBUS

FEDERALIS IURIS

AD CONSTITUTIONEM

MINIME TENO

AD

CAROLI MAGNI INSTITUTA

REPERENDIS

DILIGENTIA

COMPTON

THE FRANKLIN CO

ANTHONY & ASSOCIATES



I.



Quandoquidem superioribus locis *Institutum*
prima feudorum vestigia in *&*
Germanica antiquitate peruesti-
ganda docuimus, & inuenta de-
monstrauimus, deindeque in
feudalis iurisprudentiæ næuis
hunc præcipue notauimus, quod
Germaniæ consuetudinibus na-
to ortoque feudali iuri peregrinæ leges perperam sint
admixtæ: (a) duo potissimum doctrinæ nostræ ob-
stare reperimus, ante centum abhinc annos a celebri
iureconsulto Th. Franzo publice tradita atque expo-
sita; primum quidem, quod ille putet, inepto sed
tamen communi errore feudorum originem ad con-
suetu-

(a) Obseruatio nostra prima argumentum de feudorum vesti- *Obseruati-*
giis copiose exposuit. Posterius argumentum de Longo- *ones no-*
bardicis legibus inique iuri nostro feudali admixtis, tracta- *strae Fran-*
uimus breuiter in obseruatione nostra secunda num. III. *zianae do-*
Modo etiam induximus animum, noua commentatione *ctrinae ad-*
præiudicia principum imperii ex admissio Longobardico iure *uersariae.*
declarare. Quæ vicina materies omnium præcipue atque
ex instituto docebit, pessime Germanicas feudales consue-
tudines peregrino iure inquinatas esse.

fuetudinem relatam esse, & alterum, quod Carolum Magnum primum vnicumque feudorum auctorem iurisque feudalis conditorem pronunciet. (b) Si nimirum male feudorum origines sunt ad mores atque consuetudinem relatæ, frustra profecto illas in nostra antiquitate, in qua non tam legibus, sed Tacito teste maxime bonis moribus viuebatur, indagauimus; frustra etiam reliqui sunt omnes, qui ante scriptam legem feudalis iuris initia memorarunt: porroque male contendemus, Germanicas nostras consuetudines Longobardicas præualere leges; quin potius scriptum tunc ius, cui auctoritatem feudalia instituta debent, recte norma regulaque beneficiarum omnium actionum censebitur. Adhæc, si Carolus Magnus primus est feudorum auctor, rursus omnia, quæ modo produximus, contra nos erunt; nec originum culturæque feudalis iuris hæctenus a nobis suscepta tractatio inutilis tantum, sed etiam prorsus absurda futura

Franzianæ orationis argumentum.

(b) Th. Franzus Ictus, Professor olim Vitembergensis, postea Frisiæ Orientalis Cancellarius, *Defensionem pro Carolo Magno primo feudorum auctore in Italia, contra eos, qui vel consuetudini, vel aliis gentibus eorundem auctoritatem tribuunt, Wittebergæ in exordio repetitionum Iuris Feudalis publice susceptam An. cD lº XCVI.* edidit: quam deinde Struuius *Synt. I. F. pag. 612.* denuo adiecit. Huius Franzianæ orationis aliquoties in superioribus obseruationibus transeundo memini, & statim in *Obs. I. num. 3. litt. o. pag. 13.* in me operam recepi, quam modo præsto, vt nimirum vtramque eius sententiam, & quæ Carolum M. feudorum auctorem constituit, & scriptæ legi feuda attribuit, commode confutarem.

futura est. (c) Quæ cum sint ita, resque ampliori
 V confi-

(c) Franzianis sententiis admisis multæ nobiles & verissimæ doctrinæ ruunt. Si Caroli lex in Italia primam dedit feudis originem, eamque recte Germania suscepit, probavit, induxit in patriam, & constanter obseruauit: sic enim vtrumque assertum Franzianum iuuat ex eius mente coniungere. Sane tum frustra est omnis eruditorum adeo utilis disquisitio de primis feudorum originibus; fabulosa etiam, imo & mendax omnium Carolo antiquiorum auctorum de feudis commemoratio. Nos etiam inutiliter tractationem nostram de primis feudorum in prisca Germania vestigiis suscepimus. Porro tum Longobardicum feudale ius, quod ex Carolino descendit, & seriore demum ætate descriptum est, vere in sui prima origine initium reliquorum omnium feudalium institutorum erit. Male eius, quod vsque huc eruditissimi quiuis egerunt, impugnabimus posthac auctoritatem. Omni iuris effectum commune ius habebitur. Non reprehendendi erunt doctores nostri, qui trans Alpes illud ex Italia petatum ciuibus suis commendarunt. Arguendi potius principes nostri, qui adeo communis iuris huius receptioni obstiterunt, suisque viuere maluerunt domesticis consuetudinibus. Et demum ignari nostri principes commodorum suorum erunt, qui detrectant Longobardici iuris, quippe optimi & antiquissimi, in causis suis obseruationem. Quæ varia Franziani dogmatis pericula iam vidit & agnouit P. Heigius, & contra Franzum, licet nomine eius silentio transmissis, quædam disputauit. Nos in obseruationum nostrarum primitiis fundamenta quodammodo feudalium disquisitionum posituri, operæ pretium habituri nobis visi sumus, si ex instituto momenta rationum Franzianarum expenderimus, & veriores opiniones vindicauerimus: maxime dum in consuetudinis iuribus

*Nefaria
 consecraria
 doctrinae
 Franziana-
 nae.*

*Consecrari-
 orum peri-
 cula suase-
 runt Fran-
 ziana do-
 ctrinae con-
 futatio-
 nem.*

partes
tractatio-
nis.

consideratione non parum egeat, statim mentem induximus, singularem sumere operam, pasfimque eam in superioribus notis in nos recepimus, qua & curatius ostenderemus, *non nisi consuetudini prima initia feudorum deberi, minimeque Carolum primum beneficiariorum institutorum auctorem haberi posse.* In utroque autem argumento primum conueniet, solidiorem rei cognitionem tradere, & postea Franziana argumenta exponere atque confutare: prius, ut stabiliamus veram probatamque sententiam, alterum, ut præscindamus vltiorem errandi occasionem.

II.

I.
Consuetu-
do feudo-
rum ma-
ter.

Quod ad priorem destinatae commentationis partem attinet, plene & absolute affirmo, consuetudinem moresque vnicam beneficiariorum institutorum matrem & genitricem existisse. Considerabimus, quid adpellemus consuetudinem, quomodoque illa a scriptis differat legibus, quæque eius vis sit atque efficacia: deinde ut feudum conueniat cum consuetudine, aut minus conuenire videatur; posteaque adductis nostris rationibus, non arbitror nos causa casuros, qui primas feudorum origines confidentissime pronuncia-

Consuetu-
dinis na-
tura &
indoles.

uimus ad mores atque consuetudines referendas esse. *Consuetudinem ius esse, dicimus, tacita legislatoris siue voluntate siue conuentione per mores introductum.* (d) Iuris nomine

ribus, ipsisque feudorum primordiis, multa occasione hac ampliorem lucem acceptura videbantur.

Tacita con-
uentio in
consuetudi-
ne.

(d) Communes consuetudinis definitiones *tacitam legislatoris voluntatem* memorant. Quæ voluntas utique adprime conueniens est ad probationem morum in singulari aliquo imperio.

nomine coniungitur & lex scripta, & non scripta, qua-
 lem

V 2

imperio. Quoniam vero in rebuspublicis totius populi nonnunquam summa est auctoritas, non inepte vocabulum *conventionis* cum altero *voluntatis* putavi, ut definitio omni regiminis statui apta foret, coniungendum esse. Populus quidem tunc ipse est legislator, ut adeo eius nuda etiam voluntate per consuetudinem ius inducatur. At concurrat quodammodo conventio de tacito tali iure tenendo, quæ conventio maius consuetudini momentum tribuit. Egregie in hanc causam Gellius *Noct. Att. lib. XI. cap. 18.* hanc populi non voluntatem tantum, sed etiam conventionem expresit, dicens: *Eius (Draconis) leges, quoniam videbantur impendio acerbiores, non decreto iussoque, sed TACITO ILLITERATOQUE CONSENSU Atheniensium obliterate sunt.* Quid ille *tacitus illiteratusque consensus*, nisi conventio quædam tacita de iure consuetudinario? Bene Iulianus in *l. 32. D. de Legibus & Senatuscons.* ait: *Inueterata consuetudo pro lege non immerito custoditur; & hoc est ius, quod dicitur moribus constitutum. Nam cum ipsæ leges nulla alia ex causa nos teneant, quam quod iudicio populi receptæ sunt: merito & illa, quæ sine ullo scripto populus probavit, tenebunt omnes. Nam quid interest, suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? Quare rectissime etiam illud receptum est, ut leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam TACITO CONSENSU OMNIVM per desuetudinem abrogentur.* Quid etiam clarius definitione rei in *L. 35. D. tit. eod.* allata? *Ea, quæ longa consuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos observata, velut TACITA CIVIVM CONVENTIO non minus quam ea, quæ scripta sunt iura, servantur.* Præcipue mihi visa vox *conventionis Germaniæ nostræ* statui admodum favere: quippe in qua publicæ consuetudines
 singulari

*Differen-
tia eius a
iure scri-
pto, &
cum hoc in
nonnullis
conueni-
entia.*

lem solent vocare consuetudinem. Vtraque obliga-
tionem validam ad aliquid agendum, quod aut lege
fancitum, aut bonis moribus fuerit adprobatum,
producit. (e) Differt vero ius vtrumque admodum
modo constitutionis. Consuetudinem inducit bono-
rum consensus morum, & tacita legislatoris siue vo-
luntas, siue conuentio. Lex fancitur ab eo, qui leges
ferendi potestate instructus est. Hanc promulgat vel
iussu non scripto, vel scriptis tabulis; qui vterque
modus scriptum ius facit. (f) Lege lata subiecti prin-
cipis

singulari quodammodo licet illiterata conuentione viden-
tur stabilitæ esse. Quo mihi Titius in *Spec. Iur. P. lib. II. cap. 8. n. 2.* videtur respexisse, dum *obseruantiam esse dixit tacitam conuentionem ab imperatore & statibus, vel aliquando ab his solis diuturno usu initam.* Nempe voluntas videtur consuetudinem generare, conuentio alere & producere. Plura in hanc rem dicenda prætereo; dum in vniuersum commentationi breuissimas notas addere angustia temporis modo iubear.

*Ius ex con-
suetudine
aeque ac
ex lege.*

(e) Testatissima res non eget testimoniis. Præter legem vnâ atque alteram, paulo ante allegatam commode etiam illa Vlpiani sententia *L. 33. D. eod. tit.* adducitur: *Diuturna consuetudo PRO IVRE ET LEGE in his, quæ non ex scripto descendunt, obseruari solet.* Quod pro iure & lege obseruatur, vtique validam infert obligationem non minus ac ipsa lex.

*Consuetudo
scripta, lex
non scripta
potest esse.*

(f) Vti consuetudo scripta potest esse, & tamen manet consuetudo: *l. 36. D. de LL. & SC.* Ita lex potest viua voce promulgari, & manet lex, licet nunquam scripto comprehensa. Vnicaque adeo legis & consuetudinis est differentia, quod hæc tacita conuentione, aut, vt Gellii verbis supra laudatis vtar, *tacito illiteratoque consensu, illa decreto iussuque inducitur.*

cipis potestati ei parent, & actus legi conuenientes per continuam obligationem sibi iniunctam exercent. Contra consuetudo ponit longum & probatum variorum actuum exercitium, vnde demum posfit tacita quædam voluntatis consentientis legislatoris testificatio capi atque intelligi. (g) Porro vero, vt lex scri-

V 3

pta

(g) Quod de principe aut legislatore dicimus, pertinet etiam ad ipsum populum, cuius fortassis suffragiis lex, vt apud Romanos, ferenda. Lege lata continuo & semper parendum ciuibus, nisi deinceps contraria consuetudo inualuerit, ex qua tacita voluntate populi lex quodammodo videatur abrogata. Contrariam consuetudinem longum & probatum variorum actuum exercitium ponere, iam alias manifestum est. Memorabilem reperio locum in Appiano *Bell. Ciu. lib. I. pag. 382.* de longa consuetudine legi opposita, & hanc vincente. *Eodem, ille inquit, tempore creditores in vrbe seditionem fecerunt, cum creditas pecunias cum vsuris exigerent, ANTIQVA LEGE vetante, ne vsuras creditarum pecuniarum acciperent, & illos, qui ea conditione dedissent, mulctante. Cum autem vsuras LONGA CONSVETVDO firmasset, creditores quidem eas ex CONSVETVDINE repetebant, debitores vero partim vsuras negabant, partim mulctas etiam se ab iis, quod foenerati essent, petituros minabantur. Asellio vero prator, cuius hac erat iurisdictio, dedit illis inter se iudicia, legis & consuetudinis difficultate ad iudices reiecta. Foeneratores autem, egre ferentes, legem ab eo veterem renouatam, ipsum in foro sacra facientem interfecerunt. Hoc loco lex vetus de vsuris lata initio quidem dederat parendi necessitatem. Quoniam autem per varios actus & multa tempora contraria consuetudo tacita populi conuentione videbatur inducta, isti magis nunc parendum visum, vt omnino, cum*

Legis & consuetudinis contentio.

Asellio

pta quædam vetat, quædam præcipit; ita in hoc rursus consentientem habet consuetudinem, vt ea nonnunquam quædam mandet, quædam vetet, imo etiam alia tantum permittat. In his postremis integra cuilibet est relicta libertas, vtrum agere permiffa, nec ne, quispiam voluerit. Iussa vero, mandataque, & vetita impune non æque licet violare cuiquam ciu-um. (h) Denique quod ipsa etiam lex agit, vt vel anti-

Afello videretur antiquam legem reuocaturus, ille ab iis, qui longa consuetudine nitebantur, occideretur. Quæ leges hisce consuetudinarium ius vrgentibus possint fauere, iam est paulo antea a nobis allatum.

Consuetudinis variae species.

(h) Singularum consuetudinis specierum exempla & testimonia, si ea cuperemus, facile obuia futura. *Mores institutaque maiorum*, ad quæ creberrime prouocat Cicero in orationibus, Tacitus in annalibus & historiis; quid nisi consuetudinem mandantem vetantemque loquuntur? *Vis moribus facta & vis contra ius moremque facta*, apud Ciceronem *Orat. pro Cec.* eodem recidit. Idem *de Legibus*; *Hæc erant, inquit, in more maiorum, qui tum vt lex valebat.* Oportuit adeoque iudices veterum morum institutorumque probe gnaros & conscios esse, vt ex iis æque ac ex legibus ius redderent. Inde apud Tacitum *Ann. VI. cap. 12.* Cæsar increpat litteris tribunum *ignarum antiqui moris obiuuentam.* Vt permittantur sæpe contra leges alia consuetudine, docuit nos allatum de fœneratoribus ex Appiano testimonium. Cicero in *Oratore* dicit: *Impetratum est a consuetudine, vt peccare suauitatis causa liceat: hoc est permittatur, non mandetur aut iubeatur.* Generatim denique in omnes has consuetudinis siue vetantis, siue iubentis, siue permittentis species illud Ciceronis *de Inu.* habetur: *CONSVETVDINIS IVS est,* (adeoque varii

antiquioribus legibus aliquid nouum addat, aut de eis detrahat, aut prorsus antiquata priori lege condatur noua: idem licebit consuetudini bonæ probæque non in antiquiores tantum consuetudines, sed in ipsas omnino leges. Ita dum certius quidem ius scriptæ tradunt leges, non minor tamen sæpe consuetudinum est auctoritas, vt ipsas omnino leges vincant. (i) Et ista quidem de consuetudine ferme communi eruditorum consensu tradi scimus. Sunt vero, qui dubitant, consuetudinarium tale ius sine scripto siue expresso iure vnquam perstare posse, licet commode cum scriptis legibus statuerint vbique fere consuetudinibus etiam locum esse & fuisse. Quod si ita intelligendum fuerit, vt dubitetur, vnquam adeo plene ex moribus omnia administrata esse, vt plane nulla in causa, siue publica, siue priuata, leges latæ fuerint; istud ego quidem ipse non tam dubitabo, quam prorsus

An consuetudinarium ius sine legibus perstare vnquam possit?

sus

uarii iuris modo censetur) quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobauit. Cum quo alterum eiusdem ibidem conuenit: *CONSVETVDINE IVS est, quod leuiter a natura tractum aluit & maius fecit usus.*

(i) Consuetudinis vis contra consuetudines ipsasque omnino leges commemoratissima est. Iulianus in lege 32. D. de LL. & SC. commode dicit: *Leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogantur.* Quo referre rursus Appiani illud testimonium licet. Tacitus *Ann. III. cap. 54.* Tiberii litteras ad senatum adfert, in quibus hæc nostro instituto conueniunt: *Tot a maioribus repertæ leges, tot, quas diuus Augustus tulit, illæ obliuione, hæc, quod flagitiosius est, contemptu abolitæ: quomodo utræque aliter, nisi per consuetudinem, aut si maioris per desuetudinem?*

Consuetudinis vis contra leges & consuetudines.

sus negabo. Si hoc autem postuletur, consuetudines immixtas quidem semper scriptis esse legibus, at in nullo negotio solas obtinuisse & viguisse: cum ea sententia motus idoneis rationibus nunquam conspira- uero. (k)

III. Nam-

Consuetudo
sola in mul-
tis nego-
tiis; non
sola in uni-
uersa rei-
publicae
gubernati-
one,

(k) Vt alios præteream, Excell. Gundlingius in *Gundl. P. VII. pag. 154. negat fieri posse, ut in republica solæ consue- tudines instar legum valere queant.* Quæ si eius mens est, ut non neget, in multis negotiis etiam publicis solam con- suetudinem sæpe plurimum posse; neget vero, solam in vniuersum consuetudinem rempublicam totam gubernare posse: me facillime & lubenter habet consentientem. Prius, quod multa negotia sola inducantur consuetudine, ne admittit quidem vllam dubitationem. Sed posterius vero, quod cum Gundlingio negauimus, videtur tamen non minus grauibus auctioribus quibusdam probari. Loco omnium Tacitus *Ann. III. cap. 26. Vetustissimi, inquit, mor- talium, nulla adhuc mala libidine, sine probro, scelere, eo- que sine pœna aut coërcitionibus agebant: neque premiis o- pus erat, cum honesta suoapte ingenio peterentur; & ubi ni- bil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur. At postquam exui equalitas, & pro modestia ac pudore ambitio & vis incedebat; prouenere dominationes: multosque apud populos æternum mansere. Quidam statim, aut postquam regum pertæsum, leges maluerunt.* Quis quæso alius hoc loco status describitur reipublicæ, ac is, in quo solæ con- suetudines loco legum fuerint? Quo deinde etiam non occulte respicere videtur Tacitus testimonio altero de Ger- manis, quod mox cernemus. Quid consilii ad concilian- das has pugnare visas sententias? Hoc puto, licet Tacitus omnem gubernationem primarum rerumpublicarum vide- atur solis moribus tribuere, nomine tamen morum simul

III.

Namque, vt generatim de consuetudinario iure allata ad Germaniæ nostræ statum continuo adplicem; nemo sane rite negabit, ab antiquissima ætate moribus tantum fuisse auctoritatis, vt non tantum vbique permixti legibus, his siue aliquid addiderint, siue derogauerint: sed omnino etiam multa negotia soli confererint, eisque ius præscripserint. Quando Tacitus de nostris maioribus dicit, *Plus ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges*; multos scio id eo sensu accipere, quasi in prisca Germania in vniuersum nullis scriptis aut promulgatis legibus, sed tantum moribus ius omne constiterit. Sed vt hoc mihi videtur improbabile, saltem id puto euinci, in plerisque & sane plurimis causis solas consuetudines loco fuisse legum, atque in vniuersum non tantum illi fori legumque strepitui inter eos, ac apud Romanos fuisse locum. (1)

Morum & consuetudinarium iuris maxima in Germ. ant. auctoritas:

X

Con-

eum iussa decretaque populi capere, quæ non nisi improprie mores vocantur, vnumque hoc cum moribus habent commune, quod fortassis non scripta sunt. Tum facile nobis conueniet cum Tacito. Negabimus, solos mores strictiori sensu acceptos vnquam in republica valuisse. Affirmabimus vero, bona simul venia Ill. Gundlingii, cum Tacito, initio rerumpublicarum sine scriptis legibus omnia aut moribus aut decretis populi, illis fortassis tamen magis quam his constitisse; donec exuta æqualitate atque inualecente ambitione ad magnam vim legum deuentum fuerit. Vtrumque deinceps puto a quolibet veri idoneo æstimatore facile probabitur.

(1) Tacitus *Germ. cap. XIX.* *Plus, inquit, ibi (in Germania) boni mores valent, quam alibi bonæ leges.* Vocabulo *alibi*

a Tacit-

Consuetudini soli tribuo, quod, dum alias videretur sancita lex, licet non scripta esse, vt in comitiis eligerentur reges, duces, atque principes; semper tamen respectum fit ad genus regium aut principum, & dicente rursus Tacito, *Insignis nobilitas aut magna parentum merita principis dignationem etiam adolescentulis assignauerint.* Nemo in hoc negotio, quod seræ leges soli attribuerunt consuetudini, quicquam scripti iuris vel somniauerit. (m) Rursus non putem nisi moribus

Consuetudines licet non vnicum, maximum tamen ius in Germ. Ant. dedere.

a Tacito Romam & Romanum imperium designari, dubium nullum est. Hoc quæritur, an solis tunc moribus ius omne in Germania constiterit; vtrum, saluo Taciti testimonio, præter bonos mores bona etiam decreta iusque licet non scripta in Germania valuerint? Vltimum vtique puto, cum maxime contra Romam multitudine legum laborantem facile Germania paucioribus vtens legibus potuerit opponi. Interim certissimum hoc etiam testimonio fit, licet non plane & in vniuersum soli mores in omnibus negotiis ius dederint; at non paucas tamen publicas res ex consuetudinario iure plane decidi consueuisse. Quod nunc in reliquis porro probabitur.

Consuetudinis effectus in successio- nibus regis post iura electionis satis stabilita.

(m) Electionis integerrimum ius Germanis adeoque etiam Francis vindicauimus in *Obs. I. num. 3. pag. 18. litt. r.* An illud ius ex consuetudine constitutum fuerit, vtrum ex iusso decretoque populi? quæritur. Censeo vltimum, licet scripta lex nulla sit sancita, sed prima, cuius mentionem faciat historia, admodum seræ ætati debeatur. Sed quod Tacitus *Germ. cap. XIII.* perpetuam in Germanis regii generis obseruantiam testatur: id nemo rite legi adiudicauerit, sed consuetudini vnice deberi facile agnouerit. Adscribunt illam seram familiæ principis obseruantiam diserte consue-

bus assignandum fore, quod tanta fidei fuerit in priscis Germanis religio, ut vel lusu victus, quamuis inerior, quamuis robustior, alligari se ac venire passus sit, voluntariamque adeo seruitutem adierit. Addita siquidem a Tacito, seruos conditionis huius per commercia tradunt, ut se quoque pudore victoria exsoluant, non sane lege probatam, sed solis moribus inductam victoriam, cuius pudore se exsoluere voluerint maiores nostri, videntur loqui. (n) Fuit itaque consuetudinarium tale

X 2

ius,

consuetudini Carolus C. in Capit. Tit. XXX. cap. 1. in verbis Obs. I. loc. cit. adductus; porro Hartonis Epistola ad Papam citata supra loc. cit. pag. 14. 15. Bruno hist. Sax. pag. 212. laudatus pag. 17. litt. q. & quos silentio præterimus alii. Exemplum dixerim hac in causa nobis suppeditari consuetudinis legem corrigentis, vincentis, imo sæpe etiam tollentis. Siquidem, licet Brunone teste in Forchhemensi conventu plane tota hæc consuetudo proscriberetur, constat tamen, statim deinde antiquata rursus lege reditum ad veteres priscosque mores, & vnicam prope sanguinis regii rationem habitam esse. Quod de regibus diximus, eodem modo in ducum comitumque constitutione seruatam legitur, ut licet ex antiquissimis decretis soli electioni dignitatem debuerint, non minus tamen sat cito filiis successio in paterna munia non ex iure, sed consuetudine relicta fuerit.

(n) Adducto exemplo consuetudinarii iuris in publicis Germanicæ vetustæ reipublicæ negotiis, alterum ex priuatis causis, atque in iis obseruatæ solius consuetudinis documentis depromimus. Rem testatur Tacitus Germ. cap. XXIV. Eam totam consuetudini tribuendam esse, non tantum colligo ex reliquis Taciti verbis, quæ commemoraui-

Consuetudinis vis in priuatis causis.

uimus,

ius, quale descripsimus, longe lateque in prima & omnium deinceps Germania usu receptum. Eo autem illud in Germania maioris erat auctoritatis, quod nunquam in ea plenum aliquod regnum stabilitum, sed semper regum, principum, populique iura egregie inter se temperata essent. Qui boni mores passim valerent, illi tacita legislatorum, qui vere omnis erat populus, non voluntate tantummodo, sed quodammodo conuentione, ius dedere firmum stabileque. (o)

Ita

uimus, & idonee puto interpretati sumus, sed maxime ex additis hisce: *Ea est in re praua peruicacia, ipsi FIDEM vocant.* Id velle mihi Tacitus videtur, peruicaciam in hac causa moribus inductam *fidem* vocari, & adeoque ex consuetudine, ut fidei seruandæ Germani sint studiosissimi, religiose custodiri. Quo loco mihi occurrit menti aliud Taciti *cap. XXVI.* de tali consuetudine in priuatis negotiis tanquam ex fide atque ex lege sancte seruata. *Fœnus, inquit, agitare atque in vsuras extendere, ignotum: ideoque MAGIS SERVATVR, quam si vetitum esset.* Seruatum istud ex prima ignorantia, & deinde postquam de Romanorum more constitisset, ex prisca consuetudine sine vetante lege.

Consuetudinum maior vis in Germ. Ant. quam alibi.

(o) Non desunt exempla maximæ consuetudinarii iuris auctoritatis in monarchiis. At oppido tamen maior morum vis est in rebus publicis reliquis. Quo magis statim elucet, quantum in Germaniæ antiquæ statu fuerit publicis consuetudinibus tribuendum: quippe dum illo tempore non minora essent populi, ac regum principumque iura. Quoniam etiam in ferissimam ætatem istud ex primis reipublicæ institutis tractum est, ut semper communia omnium iura religiosa cura obseruarentur; nihil mirum est, publicarum

Ita puto tacita hac conuentione principum populique per mores ius fuisse, vt in comitiis non tam rex primus, vel princeps, sed *prout etas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia* fuerit, auditi fuerint. (p) Istius in Germania iuris æque ac scripti & promulgati summam fuisse auctoritatem, non minus certum est. De superiori consuetudine, non ea quidem admodum laudabili, diserte narrat Tacitus eam mordicus seruata: *Ea, inquit, est in re praua peruicacia, ipsi fidem vocant.* Quam ista consuetudo regiam stirpem comiter obseruandi atque colendi in plenum propemodum ius perpetuæ successionis regię videatur esse versum, docuimus alibi. Sane idem etiam hoc exemplum docere potest, quam crebris actibus regię familię obseruatio fuerit quodammodo

Consuetudines pro lege seruata in Germ. Ant.

X 3

modo

carum consuetudinum, quas nomine *obseruantia imperii* intelligimus, tantam hodieque in publico iure deprehendi copiam. Saltem istud Franzus noster recte considerare, & animum a Germanicę, quam vbique crepat, monarchię conceptu sedulo auocare debuisset. Non tum puto profecto, tanto eum molimine consuetudinum in Germania & in feudis constitutis auctoritatem impugnaturum fuisse. Sed infra rem cernemus.

(p) Tacitus *Germ. cap. XI.* hunc morem suffragia in comitiis ferendi describit. Lege id non videtur definitum, quod regibus principibusque id graue futurum fuisset. Sed moribus seruata animum eorum offendere non poterant. Hodieque, omnino addiderim, suffragia in comitiis non fere ex lege, sed, licet alio quam vetustissima ætate more, ex sola consuetudine aut obseruantia ferri constat.

Consuetudinarium ius suffragiorum.

modo iure constituta, & tacitam voluntatem conuentionemque legislatoriam meruerit. (q) Prohibitoria &

*Consuetudo
in regni
successioni-
bus valde
tenax,*

(q) Inutilis alibi dictorum repetitio futura. Observantia regii sanguinis ex consuetudine, cum iure electionis ex lege fere perpetuo coniuncta mansit. Illa tot actibus repetitis stabilita, vt tacita conuentione populi videretur subinde legem licet sæpe restitutam quodammodo antiquasse, & sustulisse, & ipsa in certum ius abiisse. Quod imo poscit Vlpianus in *lege 34. D. de LL. & SC. quo modo consuetudo probetur*; id commode in hanc consuetudinem videtur applicari posse. Ait, *Cum de consuetudine ciuitatis vel prouincie considerare quis videtur, primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradicto (rectius contradicta; quam lesionem ex Iohannis Citriensis Episcopi responso apud Leunclauium l. Græco-Rom. Resp. lib. V. Resp. 1. pag. 223. egregie vindicat & declarat Jll. Gundlingius in Gundl. P. VII. pag. 156.) aliquando iudicio consuetudo firmata sit.* Ita si quis observantiam illam regii generis probatam fuisse Germaniæ consuetudinem dubitauerit, illi opponi facile potuisset, quod *contradicta aliquando iudicio ista consuetudo firmata fuerit.* Contradictum utique iudicio disco tum ex Hattonis *epistola ad Papam supra pag. 14. 15.* tum ex contentione principum de eligendo siue Otone siue Henrico in *Vitæ Mathildis testimonio supra pag. 15. cit.* tum etiam ex Brunone, multisque aliis locis. In vniuersum ibi videtur contradictum esse in principum iudicio illi allegatæ consuetudini; quæ tamen in duabus causis ita firmata est, vt saluo iure electionis agnosceretur auita firma consuetudo, & porro seruanda decerneretur. Ergo, inquires, nunc lex facta est illa consuetudo, quoniam iudicio contradicta est firmata? Non istud puto. Namque vt scribi potest consuetudo, ita etiam confirmari, aut potius

*& iudicio
contradicta
quodammo-
do firmata.*

& permittentis consuetudinis, & quot eius aliæ sunt species, non minus facile exempla nostræ Germaniæ status tradit. Erat sane prohibitoria consuetudo, quod arma sumere non ante cuiquam moris fuerit, quam ciuitas suffecturum probauerit: & quod nihil neque publicæ neque priuata rei nisi armati egerint. Permittens consuetudo mihi videatur, quod sororum filiis idem apud auunculos, qui apud patres honor fuerit: quæ omnia & horum multa similia malo ex prisca Germania capere, quoniam deinde beneficiarii iuris incunabula illius antiquissimis consuetudinibus vindicanda erunt. (r) Quod extremum ipsis legibus & derogare & addere aliquid consuetudines Germanicæ consueuerint; fere id me docere potest ius illud satis certum, & legibus haud dubie munitum, electionis: quod moribus reperio admodum variatum, adeoque illa comi regiæ gentis obseruatione temperatum fuisse, vt nonnunquam prope prorsus antiquatum visum sit. (s) Sane itaque tantæ

& varias iuris species representarunt;

& in ipsis legibus multum valuerunt.

potius agnosci, vt maneat tamen consuetudo, nec lex fiat, sed seruetur, donec aliud lege conuenerit.

(r) Vtriusque consuetudinis meminit Tacitus *Germ. cap. XIII. & XX.* Rationes afferre non opus est, cur vnâ harum consuetudinum prohibitoriam, alteram permittentem vocem? Res scilicet ipsa loquitur. Prohibitoriam istiusmodi consuetudinem deprehendo etiam in Tacito *cap. XXI.* vbi, *Quemcunque mortalium, inquit, arcere tecto, nefas habetur: pro fortuna quisque adparatis epulis excipit.* Reliqua exempla, quæ collectu sunt facilia, mitto.

Exempla prohibitoriae & permittentis consuetudinis in Germ. Ant.

(s) Consuetudinis leges mutantis optimum exemplum idem tenemus, quod toties adduximus. Ius electionis, licet in

Consuetudines leges vincentes in Obs. Germ. Ant.

tantæ in Germania, nam de omni verum est, quod de antiquissima tantum probare libuit, consuetudinariorum iurium auctoritatis habemus insignia, specimina atque documenta, vt porro in dubium adducturus, non plurima negotia hoc solo iure perstitisse, sit oppido stupidus atque ineptus omnino oporteat.

IV.

Consuetudinis & feudorum conuenientia.

Nunc consuetudinis natura atque indole exposita, & cum Germaniæ generali statu comparata, proximum est ad feuda propius intueamur, & quam
 ipsis,

Obs. 1. num. 3. pag. 13. seq. dubie & obscure mentem explicauerim, diserte tamen hæcenus legi aut iuri expresso attribui: contra vero obseruantiam regii generis soli consuetudinis iuri. Quæris, quæ sit nobis ita sentiendi ratio? Dico, summam Germanorum libertatis tenendæ cupidinem suafisse electionis ius expressum & lege munitum. Contra idem libertatis studium non admisit regii generis lege stabilitam, quippe illi contrariam, successionem; quæ adeoque contra legem sola communi obseruantia consuevit seruari, & dum seruata est, ipsi expresso iuri haud raro derogauit. Aliam puto consuetudinem publicæ legi obstantem memorare Tacitum *cap. XI.* Comitia Germanorum haud dubie iussu decretoque populi indicta: nec enim istiusmodi ordinati conuentus a solis moribus dependere possunt. Sed consuetudo legi huic, quantum ad tempus conuentus attinet, modum posuisse vtique legitur. *Illud ex libertate fuit vitium, quod non simul, nec iussi (alii codices nec vt iussi) conueniunt, sed & alter & tertius dies cunctatione coëuntium absumitur.* Vnde contra istam consuetudinem fero durantem lex demum visa Carolo constituenda, quæ *Capit. lib. VII. c. 96.* sic habet: *Ad mallum venire NEMO TARDET unum circa æstatem, alterum circa autumnum.*

ipsis, eorumque originibus, cum moribus conueniat, nec ne, speciatim declaremus. En ex variis feudi definitionibus, quam voles, cape! Probatissimam doctores multi hanc censuerunt. *Est feudum beneficium seu beneuola & libera rei immobilis aut equipollentis concessio, cum vtilis dominii translatione, retenta proprietate seu dominio directo, sub fidelitate & exhibitione honestorum seruitiorum.* Alii breuiorem hanc definitionem amant, quod sit *feudum beneficium alteri sub lege fidelitatis concessum.* (t) Quamcunque harum aut ab his diuersarum definitionum enucleaueris, continuo, quantum beneficiariis rationibus cum consuetudinario iure conueniat, apparebit. *Esse feudum, dicitur, beneuolam & liberam rei cuiusdam concessionem.* Ad beneficium tribuendum nemo lege cogitur. Libera est concessio, quia nullo imperio, sed sola tacita conuentione per bonos mores introducta. Principes, optimates Germaniæ,

Y

manix,

(t) Definitionem feudi priorem & magis copiosam Zasius, *Feudi definitio.* Rebuffius, Molinæus, Curtius, & sanior interpretum pars probant, & explicandam etiam sibi sumit Cragius *Feud. lib. I. tit. 9. n. 5. 6. pag. 74.* Insunt sane ei omnia, quæ proprie ad essentiam feudi denotandam pertinent; licet nec negem, inesse varia, quæ magis in natura feudorum quam essentia reperiantur, quæ adeo commodius a definitione abesse poterant. Sed nolo nunc de accuratiori esse sollicitus; quam fortassis ideo breuiorem alteram dixeris, quoniam sola ea definit, quæ a feudo, vt sit feudum, separari prorsus nequeunt. Ipse hanc ob rem elegi expendendam plenior definitionem, quod non essentialia tantum, sed & naturalia feudorum adprime conuenire cum consuetudine, in reliquis demonstraturus sum.

maniae, imperiorum nomine Germanis adeo inuiso, beneficiis concessis sibi obligare ad perpetuam fidem comites, vt saltem hoc modo nobiliori gauderent clientela, soliti. Ius bonis moribus probatum, vt tales clientes fidem praestarent, seruitia addicerent, statim aliis etiam placuit, & sine lege communi consensu receptum est. Legem libera concessio non admittebat: nam cogi non debebat nec poterat beneficium. Sed etiam, vt fides deinde seruaretur, boni Germanorum mores suaserunt, vnde ei mandandae minime legibus opus erat. (v) *Rei immobilis aut equipollentis concessio,*

Vis consuetudinis in mouenda beneficentia,

(v) Liberalitatem non legibus cogi, omnes fatentur. Bene Seneca *de Vita B. cap. XXIV. Liberalitas, non quia liberis debetur, sed quia A LIBERO ANIMO proficiscitur, ita nominata est.* Et Cicero *de Off. lib. I. Cum duo, inquit, genera liberalitatis sint, vnum dandi beneficii, alterum reddendi: DEMVS NEC NE, IN NOSTRA POTESTATE EST; non reddere bono viro non licet, modo id facere possit sine iniuria.* Qui igitur alteri beneficium impendit, non legis, sed honestatis solius, sed conditionis suae rationem habet. Nec omnino quidem per consuetudinem produci beneficentiam dixerim. Licet multi sint liberales, ipse liberalis esse non cogor. At mouent boni mores ad liberalitatem & beneficentiam, maxime cum eam in reipublicae & familiarum insigne bonum cedere cernant. Cedit beneficentia haec in hoc vtrumque bonum, dum fide alios obstringit. Rursus & ipsum ingrati animi vitium licet turpissimum legibus vlscisci aegre licet. Actionem ingrati in ciuili foro dari dudum negauit Seneca *de Benef. lib. III. cap. 6. sequ.* Verum maxima rursus bonorum morum in causa hac est efficacia. Quoniam quodammodo infamis & olim

atque praestanda fide,

concessio, cum translatione domini utilis, retenta proprietate seu dominio directo, non magis legibus poterat originem debere. Numorum magna in priscis Germanis erat inopia. Dum vellent fidos sibi clientes obligare principes, aut opulentiores ex populo alii, quid agerent? Sane antiquius illis loco mercedis victus, conuictus, cultus, largique apparatus concedendi fuerant. Quid ultra? Armis equis opus erat militiae, in qua dominum sequerentur comites. His etiam ornare clientes boni mores suadebant. Aliquis abundans agris praediisque fortassis dedit partes comiti vtendas fruendas. Aliis eius liberalitatem imitantibus per mores tacita demum conuentione ius natum, vt, quibus copia esset agrorum, illos colendos militibus suis aut comitibus attribuerent. Cum deinde hosticae prouinciae occuparentur, vetus consuetudo facile effecit, vt agrorum partes beneficiis designarentur. Hisce dati & donati non milites tantum, sed & in aula comites, in curiis iudices, & quotquot aut

Y 2

officia

& olim & hodie habitus, qui beneficium ingrato infidoque animo accepisset; gratos fidosque boni mores fecerunt, quos frustra leges coegissent. Confidenter itaque statuo, in mouenda liberalitate & reddenda perpetua fide nihil potuisse leges, sed omne primum punctum tulisse bonos mores. Vt vero beneficentia cum beneficiarii fide ad plenam feudorum formam edendam fortius coniungeretur, effecere pacta; quae rei libere conceptae certos modos praescripserunt. Pacta ipsa, dum pluribus probarentur, consuetudine sunt firmata; & ipsa adeoque feudorum constitutio ex bonis moribus originem, incrementa, viresque cepit.

*feudorum
originem
dedit.*

officia aut ministeria præstarent reipublicæ. Nanque, quæ numorum inopia ante erat, parum illa deinceps sublata, & quæ semel bonis moribus placuerant, porro sequi non inconsultum visum. (x) Sed vtile tantummodo dominium seruato directo, quæ feudalia sunt vocabula, translatum esse in prædiorum possessores, nimium fortassis & magis a primis moribus abhorrens tibi videatur. Quæso autem, quo modo potuisset dominus de perpetua clientum fide securus esse, aut seruitia sibi prompta parataque semper polliceri, nisi dominii sibi seruasset partem? Sine lege adeoque rursus effecit consuetudo, vt quoties tale concederetur beneficium, eius præcipuum dominium apud

Aequipollentis rei aestimatio.

(x) Rem hanc totam copiose in obseruatione nostra prima exposuimus, testemque Tacitum sæpe laudauimus. Dum definitio *aequipollentis rei* mentionem facit eam refert quodammodo victus, conuictus, adparatus; quod ex feudis Soldatæ, aut de Camera & Cauena manifestum est. Licet enim in hisce feudis siue pecuniæ siue fructuum redditus præstentur; & idem puto fuerit, si vasallus domini perpetuo conuictui adscriptus, necessaria omnia tulerit, ac si ipsos perceperit fructus atque redditus: & cetera incredibile non est, ipsum morem illum præstandi varios redditus non minus Germanis fuisse probatum. Sane qui Tacitum *Germ. cap. XXV.* euoluerit, vbi de seruis dicitur, *Fruamenti modum dominus, aut pecoris, aut vestis, vt colono iniungit:* non is esse improbabile duxerit, talem frumenti, aut pecoris, aut vestis modum a domino clientibus assignatum & a seruis esse præstitum. Reliqua addita de publicæ consuetudinis in constituendo tali vasallorum auctoramento efficacia illustratione nulla indigent.

puđ eum perſtaret, qui illud conceſſerit. (y) Addita de fidelitate & exhibitione honeſtorum ſeruitiorum, quam prorsus ad conſuetudines referenda ſint; iam antea diximus. Sane nemo putatur adeo eſſe liberalis, vt profuſis ſuis bonis ingratum familiamque eius indies alere, nec vlla ſibi cum eo voluerit paciſci ſeruitia. (z)

Y 3

V. Ex-

(y) Conſuetudine ſola vtilis directique domini rationes eſſe ordinatas, difficile fuerit ad credendum. Simpliciora rerum principia per mores introducta. Ampliorem formam dederunt pacta: quæ & ipſa æquitatis naturalis ſunt. *Vtile directumque dominium ex usufructu originem traxit.* Quid enim tam congruum fidei humane, quam ea, quæ inter eos placuerunt, ſeruare? dicit Vlpianus L. 1. D. de Pactis. Quo antiquiora feuda conſiderantur, eo propius illa ad naturam nudi vſufructus accedere videntur. Talem vſufructum repræſentare mihi videtur Tacitus loc. cit. in ſeruis, quorum ſuam quisque ſedem, ſuos penates rexit. Dominium ſedis agrorumque conſeſſorum fuit concedentis. Vt hi ſerui ob ceſſum vſufructum præſtarent domino ſeruitia; ita clientibus tradita lege vſufructus rerum poſſeſſione, iniuncta ſimul ex bonis moribus vſu receptis præſtanda fides, & conſtans certa que domino clientela. Quæ omnia adeo fieri potuiſſe ſolo naturæ iure, & hoc obſeruante bona conſuetudine; nemini fere videtur dubium.

(z) Oppoſueris fortassis fortem philoſophiam Marci Antonini Philoſophi lib. IX. num. 42. *Quando tanquam ingratum aliquem incuſas, in temet cenſuram conuerte. Beneficia libera- litaſ eſt conditiona- lis.* tum enim procul dubio eſt tuum, quod non absolute dedisti, nec tanquam, qui totum actionis tuæ fructum iam ſtatim percepiffes. Quid enim amplius velle debebas, ubi homini benefeceris? annon hoc ipſum tibi ſufficit? quod eſt natura tua congruum, ubi quid feceris, dum facti ipſius mercedem queris?

V.

Consuetu-
dinis &
feudorum
conueni-
entia poti-
ores ratio-
nes colle-
ctæ.

Explicata modo breui quodammodo feudorum historia, & ex ipsa feudorum definitione viso, nulli rei cum altera ac feudis cum consuetudine aptius & elegantius conuenire; colligendæ adhuc simul illæ erunt rationes, quæ clare docent & euincunt, quod postulauimus. Primum ergo feudorum origines ad mores referendæ sunt, quia collatio beneficii libera, spontaneaue, iniussa, atque incoacta est actio, in quam nullum legi potest esse imperium. Deinde promissio fidei stipulatioque seruitiorum non magis tenetur legibus, vt fiat; licet, posteaquam est facta, infidus & desertor pactorum cogi possit. Tertium, vt pro seruitiis perpetuo aut victu conuictuque, aut agris etiam & prædiis clientem dominus det donetque; id nemo rursus dederit scriptis legibus. Porro diuisio domini, partisque in clientes collatio, partis in potestate domini duratio, ægre ad vllam legem referri potest. Adde quarto loco, quæ solent naturalia feudorum dici, huc bellissime conspirare. Ad iuramentum præstandum nisi ciuili iudicio nemo vide-
tur

queris? Sed tam acerba humanorum morum censura ægre cadit in publica negotia. Antoninus etiam puram & transeuntem liberalitatem, ex qua actio dari nequit, loquitur. In feudi autem constitutione, quæ per mores certo fini obtinendo statim destinata est, nulla nisi conditionalis liberalitas datur, quæque, quod simul perpetua & permanens est, philosophiæ illius legibus æstimari nequit. Nemo quippe creditur in perpetuum frustra liberalis esse, aut frustra iactare suas opes: arg. *L. 25. princ. D. de Probationibus.*

tur legitime compelli potuisse; quod moribus autem vetustissimis Germanorum, qui sacramenta principibus data non ignorant, in concessis feudis omnino licuit. Ex qua, inquam etiam, lege videatur posse investitura, quam adpellant, stabiliri, nedum eius toties repetita renouatio? Quæ ex Romano iure huc posset adduci, nihil moror. Solum dico Germanicorum magis morum, quam, quæ erant primæ simplicissimæ, legum illud inuentum videri fuisse. (a) Præcipui

(a) Reliquas rationes paulo supra considerauimus. Iuramenti quidem præstatio legibus Francicis est deinde vassallis præscripta. Sed puto magis statim initio cum primis beneficiariis institutis consultum principes duxisse, uti comites clientesque suos sacramentis ad perpetuam fidem sibi obstringerent. Tacitus *Germ. cap. XIV.* memoratis comitum in principes officiis addit, *principum sacramentum* id esse: quod ex reliquo verborum sensu de iuramentis comitum principi præstitis commode accipi posse puto. Quem latet vero iuramenta iuris etiam naturæ esse, & ex eo obligationem nancisci, ut adeo legibus prorsus non opus fuerit, ad modum iuramentorum inducendum? *Nulum vinculum*, generatim inquit Cicero *Offic. lib. III. ad adstringendam fidem maiores nostri iureiurando arctius esse voluerunt*: sane non istud demum post scriptas docti leges, sed bonis moribus admoniti. Investituræ, quam adpellant, eadem est ratio, ut moribus primum introducta legibus deinceps firmata & probata fuerit. Puto prorsus, investituram eiusque crebram renouationem novum tradere feudi ex moribus producti argumentum. Quippe dum Romanæ leges in traditionibus bonorum investituram fere ignorent saltem leuiter curent, frequentior hæc est Germanicis moribus constituta & decreta; ne negotium solo

Iuramentum præstatio ex consuetudine;

aeque ac investitura eiusque crebra renouatio.

con-

cipui mares admissi ad hæc beneficia moribus; de foeminis, quas alioquin puto primæ Germaniæ leges minime excluderint, nulla mentio: unde nouum pro consuetudinario iure argumentum. Feloniæ æstimatio durior, quam pro Germanorum libertatis cupidissimorum indole, moribus introducta; quod ægerime profecto legibus licuisset. Post reliqua a me superiori loco declarata & probata, integram feudorum originem generatim aio etiam prorsus solas sapere consuetudines. Unde demum tacita legislatoris, qui ipse simul erat populus, siue voluntate siue conuentione per mores introducta feuda firmiter colligo, vniceque adeo ad consuetudines referenda esse adseuero. (b) Sed fortassis consenseris, feuda originem de-
bere

consuetudinario iure innitens præter mentem paciscentium mutaretur, aut nouam atque a primo instituto diuersam indolem contraheret: quod, si legibus foret causa ista transacta, minime fuerat metuendum.

Mares ad feuda moribus admissi; Legibus fortassis foeminas non exclusuris.

(b) Docuimus in *Obs. II. num. VII. pag. 114. sequ.* successionem foeminarum in feuda priscis Germaniæ moribus adeo aduersariam non fuisse: unde fortassis sit, quod foemina feuda nec in vniuersum in Germania possint censeris impropria, quin potius in regionibus non paucis plene in priorum numero haberi queant. Non ista nostra sententia dubitauimus, præcipuos mares esse moribus ad beneficia hæc admissos. Diximus potius diserte, donec successio in feuda data fuerit, non videri ob varias rationes foeminas admissas: quæ autem ex Germanorum ingenio videantur a successione, postquam successiones datae sunt, non ultra exclusæ esse. Hoc loco ex hac adsertione pro consuetudinario feudorum iure nouum colligo argu-
mentum

bere feudis ; tamen porro negaueris, beneficiarium *Beneficia-*
 ius pro consuetudinario habendum esse. Verum *rium ius*
 enim- *recte con-*
 suetudi-

mentum sententiæ meæ minime contrarium. Aio per *narium*
 mores præcipui imo soli mares admisi, cum moribus feu- *dicitur.*
 dalia instituta essent bellicis rationibus adstricta, & tantum
 personæ primo tempore viderentur destinata. Morum &
 consuetudinis argumentum colligo ex præsumta legum, si
 sancitæ fuissent, diuersitate futura. Leges respecturæ
 haud dubie ad nationis in foeminas affectum, harumque
 fauore beneficia non ad solos masculos restricturæ. Sed
 opponis statim Germanicas primas leges, in quibus utique
 foeminæ fuerint a successione exclusæ. Verum ratio-
 nibus supra adductis addo, vsu receptas consuetudines
 per leges non esse mutatas sed tantummodo descriptas ; vt
 adeo, cum per mores præcipui mares eo vsque admisi ef-
 sent, his etiam deinceps leges fauerint, alioquin fortassis
 non foeminis futuræ aduersariæ. Cuius rei, quod post da-
 tam in feuda successionem foeminarum ipsis legibus habi-
 ta deinceps fuerit ratio, idoneam probationem capimus.
 Ceterum in coniecturali causa, quæ alio loco fuse protuli-
 mus, iam abunde sufficere possunt. Quantum ad feloniam *Feloniam*
 æstimationem attinet, eam moribus duriores esse intro- *æstimatione*
 ductam, quam legibus licuisset ; colligo ex Tacito *Germ.* *durior mo-*
cap. VII. & XI. vbi summus libertatis Germanicus amor *ribus indu-*
 eo profertur, vt, nisi sacerdotibus & quasi Dei iussu, in bel- *cta.*
 lis imo & in comitiis in quemlibet animaduertere aut pœ-
 nam decernere nulli regum ducumue licuerit. Quod a-
 deoque legibus non licuisset adeo duris conditionibus cli-
 entes adstringere, licuit tamen moribus, qui iura statue-
 bant. Si dubitas vero, an prisca Germania statim feloniam
 rationem habuerit ; mea istud demonstrare nihil ultra re-
 fert. Quod Francicæ tamen leges non obscure eius men-
 tionem

enimvero nihil est, quod iustam qualitatem suam iuri etiam huic eripere valeat. Si dicis, quod voluntatis adeoque morum fuerit antea, deinde factum esse necessitatis, posteaquam lege fuerit probatum & confirmatum. Primum tum respondebo, rara esse scriptarum in Germania beneficiarum legum vestigia. Quæ supersunt pauca, non sane mutant consuetudinarii iuris indolem. Non nouæ leges hisce de institutis latæ, sed vetera iura & instituta adprobata. Sicuti autem consuetudo dicitur, licet scripta sit, ita consuetudinarium ius non esse definit, licet lege adprobatum fuerit. Esse potest lex a superiori mandata, licet nunquam scripto comprehensa, solisque a sanctione illiterata moribus seruata sit. Idem iuris statuendum puto in declaranda vera consuetudinarii iuris ratione. Longobardicæ omnino leges generali consuetudinum nomine compellantur, cum, quod pars ipsis præter consuetudinum modum vere mandatae atque imperatae essent, veræ leges dici potuissent: quid ergo libero Germaniæ nostræ beneficiario iuri nomen consuetudinarii denegabimus? Per omnia proinde, quæcunque opponi possint, inuicta stat veritas, mores atque consuetudinem vnicam beneficiariorum morum imo & iurium matrem existisse atque genitricem. (c)

VI. Quid

tionem faciunt, cum ex priscorum morum indole ea statuta fuerint, non leue inde duxerim pro felonia consuetudine moribusque adprobata præiudicium.

*Feudale ius
recte dici
consuetudi-
narium*

(c) Cardo rei in eo vertitur, an beneficiaria iura post leges confirmantes & probantes vetera instituta consuetudinaria

VI.

Quid ad hæc Franzus? nam ad eum ex instituto, veriori declarata & comprobata sententia, nunc nobis

dinaria porro dici & haberi queant? Quæstionem ab aliis negatam nos affirmamus. Affirmandi varias habemus rationes, quas collectas potiores dabimus. Denominatur negotium ab eo, quod præcipuum in eo est: quod, si opus esset, variis legibus vel vnicus titulus D. de V. S. comprobare posset. Cum adeoque in feudali iure consuetudines, si parum postulamus, potiores sint, et præcipuum obtineant, colligitur recte consuetudinarium ius dici, licet legibus confirmatum. Sic etiam *Consuetudines Feudorum* recte Longobardicus liber inscribitur, licet multæ omnino in eo leges atque constitutiones imperatorum occurrant. Porro vt lex dici possit, licet scripta non sit, ita e contrario consuetudinarium ius post scripturam idem manet. Recte Paulus *lege 36. D. de LL. & SC. Magnæ auctoritatis hoc ius (consuetudinis) habetur: quod in tantum probatum est, vt non fuerit necesse scripto id comprehendere.* Vnde per bonæ interpretationis regulas omnes colligunt, licet consuetudo scripta sit, tamen illam naturam suam porro obtinere. Quid etiam aliud in nuncupatio testamento statuitur, nisi vt, licet in scripturam fuerit a tabellione redactum, tamen nuncupatiui testamenti nomen & indolem retineat? Si postea legibus plane confirmatum beneficiarium ius dixeris, id primum nondum est satis probatum. Sed ponamus euictam rem esse. At non accesserit tamen voluntas expressa principis & animus legem sancienti: qui ad legem requiritur §. 6. I. de I. N. G. & Ciu. & videtur fortassis princeps voluntatem alioquin in consuetudine tacitam præsumtam expresse voluisse testari, & confirmare publicos mores. Idque eo magis ita videbitur,

probatum.

1.

2.

3.

4.

Franzi
enarratio

nobis est adeundum. Postquam ille generalem hanc senten-

bitur, & feudale ius pro consuetudinario habebitur, quoniam originem suam consuetudinibus, ut satis abundeque docuimus, debet. Cuiusvis vero rei initium spectandum est, non id, quod ex posteriori facto contigit: quod discrete dicunt variae leges. Vid. *L. 8. D. Mandati. L. 12. D. ad SC. Maced. L. 58. §. 2. D. Pro Socio.* Adde demum, quod in primis feudalium initiis prorsus defuerit ille respectus magistratus atque subiecti, qui ad legem est necessarius: arg. *l. 7. D. de LL. & SC.* nullo prorsus modo iura inter dominum & vasallos constituta veram legem admittere, sed obligationem ex consuetudine contrahere. Quas rationes si augere pluribus volueris, facile suppeteret maior copia. Et animus erat quasdam oppositas hisce rationes hoc loco producere, examinare, atque confutare. Sed operæ parco, auctoribusque eruditis, imbecilla nimis argumenta proponentibus. Hoc vnum addo de memorata obiectione, factum scilicet esse in feudis per legem necessitatis, quod antea fuerit voluntatis & consuetudinis: ne opus quidem esse illis supra in commentatione nostra allatis rationibus, quæ generatim beneficiarii iuris naturæ docendæ commodius fauent. Dixerim potius, quod iam supra memoravi, sine lege etiam probatæ consuetudinis eam esse efficaciam, ut necessitatem quandam ei deinceps parendi introducat, nec id demum legem consuetudinis confirmatricem inferre. Quid aliud dixit Vlpianus *L. 23. D. de LL. & SC. Diuturna consuetudo pro iure & lege - - - - - observari solet: & Modestinus l. 40. Tit. eod. Omne ius aut consensus facit, aut necessitas constituit, aut firmavit consuetudo.* En ergo, quo illa in feudalibus institutis observandis introducta necessitas pertineat. Quod deinde, vbi fortassis vasalli simul fuere principum

Remouetur
obiectione ne-
cessitatis
impositæ.

sententiam statuisset, *Falsum est, & maximo veritatis argumen-*
cum periculo positum thema, feudum esse a consuetudine: torum pro
 plurimis inde vsus circuitibus atque ambagibus *feudorum*
 momenta, quæ vocat, *argumentorum, quibus communis consuetu-*
 nostrorum interpretum opinio, quod feudum origine sua pri- *dinaria*
 ma sit a consuetudine creatum, sese tueri & ab aliis de- *origine,*
 fendi potest, proposuisse sibi visus est. Continuo ma-
 gna illa momenta cura legi, relegi, an sint ea, quæ
 aliquod sententiæ communi sed veræ pondus momen-
 tumque afferre possint. Fateor, dum sint alioquin
 plurimæ dignissimæque rationes, quibus contradicen-
 dum Franzo nostro fuisset, bona tamen eas fide o-
 mnes ficco pede transmissas, tantumque tales addu-
 ctas, quæ, quod ipse monet, *apud vulgariter eruditos*
homines maximi ponderis & auctoritatis esse credi possint,
 sed acrioris iudicii homines parum aptæ sint fallere. (d)
 Si nullis profecto præfidiis niteretur vulgaris do-

Z. 3

ctorum

pum potestati subiecti, veris legibus in feudali iure cautum
 fuerit, nemo sane pro lege non agnoscit. Sed de eo no-
 bis quæstio hoc loco non est: licet fortassis etiam demon-
 stratu foret non difficile, ipsas illas principum leges ple-
 rumque ad consuetudines prouocare, idque sancire, quod
 ex probationibus moribus recto vsu seruari acceperint.

(d) Quam proposuimus Franzii negatiuam sententiam toti-
 dem verbis vide in eius oratione apud Struuium in *Synt.*
Iur. Feud. pag. 617. Reliquas paginas insumit enarrandis
 argumentis & rationum momentis, quæ proponi posse pu-
 tat pro communi, quam impugnandam suscepit, doctrina:
 indeque *pag. 625.* eam censuram generalem in ea dicit, quam
 in obseruatione nostra dedimus. Idonee profecto & ple-
 ne nostræ sententiæ contradicit: sed, quod mox constabit,
 maiori confidentia, quam ratione.

*Franziana
 litis conte-
 statio.*

*ipsius
susceptæ
causæ ad-
prime est
favora-
bilis,*

Etorum doctrina, quam quæ Franzus nobis monstra-
uit, ostendit, declaravit, infirmaque & imbellia per-
docuit; nunc vel mordicus defensis veterum præce-
ptis, primus tamen ipse castra aduersa desererem,
palmaque data & tributa in Franzianum dogma eius-
que sententiam raptim pedarius currerem. Siquidem
hæc mihi mens sedet quam quæ minime, vt pulchrum
putem, stare cum turba, nec verum cernere, sed vi-
sum ab aliis probatumque sequi. Nil scio potius ve-
ritati infestum inuisumque magis habendum esse, ac
imitatores seruum pecus, & ingens ex ore magistro-
rum pendens atque in eorum verba iurans auditori-
um. Omnium doctorum consensus nunquam mihi
sufficere visus probandæ veritati. Vnde si eo vnice
superbit commune placitum, laudo Mathæum de Af-
flictis, qui de eo primus dubitavit, proboque Fran-
zum, egregium iureconsultum, qui primus illud de-
bellare suscepit. Si rursus imperatorum pontificum-
que sanctiones, scholæ forique consensus, insignia præ-
iudicia alia, quibus feuda tribuantur consuetudini, o-
mne hac in disceptatione punctum ferent, non pa-
rum iterum metuo causæ nostræ, oppido hoc leui præ-
sidio parum munitæ. Quis dubitat, traditum defen-
sumque a doctoribus communem errorem in ipsa se
non raro principum decreta, edicta, sanctiones, le-
ges insinuare posse, vt agnitus tamen deinde recte
accusetur, proscribatur, atque eliminetur a quouis
idoneo rerum verique æstimatore. Bene itaque ege-
ris, Franze, si nudatum aliis rationibus assertum ex
illa deturbaueris excelsa sede, in qua fortassis quo-
dam insigni præiudicio ornatum multis imprudentio-
ribus

ribus potuisset imponere. Si denique solam Longobardici feudorum libri inscriptionem crepat vulgaris doctrina, meo utique suffragio ruat, absurdaque pronuncietur, errorisque manifesti rea atque conuicta ad vanam ineptamque legicreparum scholam relegetur. (e) Verum siste quæso victoriam Franze, *sed minime plena aut perfecta.* probaque primo, hæc vera communis opinionis momenta esse. Quodsi ista ex cortice desumpta, atque ex genere sunt leuidensium, nihil utique tibi illis expugnatis actum est. Quin potius in principio statim magnam in suspicionem causam tuam adduxeris, prætermittis silentio grauioribus illisque amplissimis, quas paulo antea memorauimus, & tantum adductis leuioribus rationibus, parum te ipsum sententiæ tuæ fidere, victoriamque captare, antequam aduersaria pars classicum cecinerit.

VII.

Quærimus nunc, quibus demum argumentis sententiam nostram, omnibus ab ipso præfidiis nudatam & spoliatam, post cetera Andabatarum more depugnata, prorsus conficere Franzus laborauerit. Pro *Franziana argumenta contra communem* Mathæi *nem*

(e) Recensendo rationum momenta per Franzum sententiæ nostræ defensionem prætexta, facile ipsi fatemur, imbellia atque imbecilla esse quam maxime, nullique nisi vulgo eruditorum imponere apta. Coniuncta equidem cum argumentis grauioribus poterant auxiliorum instar esse. Sed impendio is foret illepidus, qui totam causæ defensionem leuidensibus hisce crediderit. Cur autem quamlibet harum rationum singulatim datam reprobemus, præter dicta in commentatione facile copiosius persequi & illustrare possemus; nisi breuitati nobis studendum esset. *Illepidæ rationes a Franzo nostræ defensionis prætextæ.*

nostram-
que sen-
tentiam.

Mathæi de Afflictis propria sententia, quam tuendam suscepit, ea generatim contra allata ab ipso argumentorum momenta dixit, quæ facile, quod ipsi modo iisdem rationibus vfi simus, probauerimus: cum scilicet, quod item maxime vrget, quoque recurrunt omnia, nihil in veritatis studio præiudicantis auctori seruo cultu pestilentius atque turpius esse, inter cordatiores omnes nunquam non constare possit. (f) Sed, quæ pro se communi opinioni opponit copiosa sane & varia rationum pondera, sic habe. *Si feudum a consuetudine deriuetur, vult medium ostendi, quo vnum coniungatur cum altero. Quod cum nunquam reperiri posse statuatur, hoc vnico telo posse confici putat omnia. Deinde vero consuetudinis efficaciam, quæ in populari quodam statu cernatur, negat monarchiæ, imo vix optimatum imperio, adeoque quam minime Germanico imperio nostro conuenire. Vnde hoc etiam argumentum nouum petit, Vbi nulla imperantium aut parentium paritas vel æqualitas reperitur, ibi neque consuetudo esse vel ius facere potest: quod postea ad feuda adplicans eorum demum nexum cum consuetudine generatim antea notatum funditus sibi videtur sustulisse. (g) Præterea, si quod ius inter pares & æquales ex consuetudine possit elici, negat illud ad regulam ferream & ad arithmetica analogiæ præcepta examinandum, aut secundum verborum rigorem tantum iudicium ferendum, affirmatque ad rationem & æquitatem attendendum: quo facto, depre-*
hensa

Franziano-
rum argu-
mentorū
sedes.

(f) Defensionem pro Mathæo de Afflictis contra rationes ab ipso productas susceptam vide pag. 625. 626.

(g) Argumenta Franziana hæc priora vid. pag. 628. & 629.

hensa egregia feudalis in imperio nostro status harmonia, ex æquitate negandum hunc effectum consuetudini, prorsus statuit. Porro *consuetudinem*, ait, *occulte oriri, & paulatim serpentem vires acquirere eundo: at feudum in momento & a beneficentia creari, & investitura acquiri: quod dispari vtriusque nexui declarando satis sufficiat. Consuetudo, pergit, singularia tantum respicit, & uni atque alteri actui aliquoties adplicata singulare demum ius in certis casibus introducit. Feudum vero uniuersum totius imperii aditum in sese complectitur, & ex primæ conuentionis forma vel uniuersale vel singulare ius, & obligationem ipso, quo creatum est, & datum articulo, constituit. Rursus nouo argumento, Consuetudinis, inquit, est officium, vel dubia interpretari, vel infirma confirmare: sed feudum cum ipso creationis suæ exordio talem vim ac robur affert, ut se & satis interpretari, & sua ingenita vi seipsum confirmare possit. Quocirca post hæc omnia allata iterum nullum medium vel cogitari, vel dari cum ratione posse, asseuerat, quo connectatur feudum cum consuetudine, tanquam causa cum suo effectu. Si quidem vero quis feudorum a consuetudine ortum omnino deriuare voluerit, iubet eum partes feudi, beneficium & fidelitatem simul inde producere. Quod, cum per philosophicas plurimas regulas, quas profert, fieri non posse sibi persuadet, ita demum ante veram hostis cladem canit victoriam: Cede ergo a defensione male cause, concede debitam victoriam veritati! (h) Extrema dicit contra inscriptionem libri feudorum, eamque & nihil probare, & saltem aliam etiam posse recipere*

Aa

inter-

(h) Vid. pag. 630. 631.

interpretationem iudicat. (i) *In ipsis feudorum libris, addit, nulla verba reperiri, qua origini feudorum ex consuetudine possint fidem facere; contra esse insignem illum locum de historia feudorum, qui plane illi origini repugnet: quod multis verbis persequutus, (k) oratoriam suam velitationem tandem plane solita exclamatione cohibet: Agnoscite errorem vestrum doctores, agnoscite euentus, qui ex hac vestra opinione oriuntur, pessimos: victas manus veritati sponte date, ne, tracti ad nostrorum iudicium, bonorum virorum, iustissima tribunalia, arbitrium & condemnationis sententiam inuiti subire cogamini. (l) Et hactenus omnia Franziana argumenta, nullo fere prætermisso, bona fide exposuimus, produximus, instruximusque subinde nouo robore, si quod suum obscurioribus eius verbis fortassis visa essent amisisse. Nunc proximum est, vt, nostra iam antea declarata atque munita sententia, singulas rationes aduersarias expendamus, iisque profligatis, vt Franzianis verbis utar, victoriam, etiam confitentibus aduersariis, reportemus.*

Sic nulla est victoria maior,

Quam qua confessos animo quoque subiugat hostes. (m)

IIX.

(i) Vid. pag. 632.

(k) Pag. 632. negat Franzus, dari in ipsis feudorum libris idoneum pro consuetudine testimonium. Pag. 634. prouocat ad locum *I. F. 1. §. 1.* quem suæ sententiæ copiose accommodare, & vt simul Caroli M. quam postea probaturus est, institutioni faueat, explicare pag. 635. 636. 637. 638. nititur.

(l) Verba sunt pag. 639.

(m) Vid. pag. 627.

IIX.

Primum requirere legimus Franzum, *vti medium quoddam declaretur*, quo coniungi possit feudum & consuetudine, tanquam effectus cum sua causa. Medium istud dari posse negat per rationes ab ipso adductas. Dabo illud ipsum, quod locum habere posse diserte negauit, nimirum vnitionem civilem ad reipublicæ salutem conformatam. Vt leges illi student & ad illam faciunt, ita non minus ad eam respiciunt probæ & rationabiles consuetudines. Ita consuetudo potuit producere beneficiarias concessiones, vt causa effectum; non id alia ratione, nisi vt diuersorum statuum concordia eo aptius in communis spem salutis contineretur. (n). Sed *id fieri posse*, dixit

Examen
tatio Fran-
zianarum
rationum.

Feudi cum
consuetu-
dine nexus
declara-
tur.

A a 2

Franzus,

(n) Non pugnabimus Romanis legibus, verum vnica sententiam Friderici I. Imp. quam apud Radeuicum *lib. I. cap. 16.* Germaniæ episcopi in suis ad Pontificem Maximum litteris probant atque commendant, proferemus. Duo sunt, quibus nostrum regi oportet imperium, *leges sanctæ imperatorum, & VSVS BONVS prædecessorum & patrum nostrorum.* En consuetudinis egregius finis, salus imperii aut reipublicæ publica? Quam promotura consuetudo, recte omnes effectus produxit, quos quidem censeret fini obtinendo posse inferuire. Ex quibus effectibus feudalia instituta nemo arbitror idonee exemerit. Quando generatim dixit Cicero *de Fin. lib. V.* In omni honesto nihil est tam illustre, nec quod latius pateat, quam CONIUNCTIO INTER HOMINES HOMINVM, & queso quedam SOCIETAS ET COMMVNICATIO UTILITATVM, & ipsa charitas generis humani; que nata a primo satu, quo a procreatoribus nati diliguntur, & tota domus coniugio & stirpe

Consuetu-
dinis finis
publica
salus;

quam pro-
mouent be-
neficiaria
instituta,

Consuetu-
dinis in o-
mnibus
rerumpu-
blicarum
formis vis
& effica-
cia;

Franzus, *in populari regimine, minime in monarchico, & admodum agre in optimatum imperio.* Primum, inquam, id prorsus male ponitur, cum rei probatio nulla futura sit. In singulari principis imperio sæpe in publicis rebus lege aliquid mandatur: at contraria consuetudine silente, conniunte, probante principe idem antiquatur, ut noua lege, si seruari debeat, omnino deinde opus sit. Esse ponamus legem, ne dignitates gubernatorum hæreditariæ sint, neue ultra aliquot annos horum duret imperium. Fiat fortassis autem, ut per longa tempora gubernatorum filiis dignitates sint relictæ, saltem ut plerique officia perpetua gesserint, non repugnante, sed consuetudinem hanc tacite quodammodo probante rege. Nonne tum per hos mores nouum ius antiquata lege scripta videretur introductum, ut fortassis iniuriam faceret rex, si sine noua lege prioris legis transgressionem vlcisci vellet?

stirpe coniungitur, serpit sensim foras cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitis: post vicinitatibus, tum ciuibus, & iis qui publice socii atque amici sunt: deinde totius complexu gentis humane. Sane vario nomine hisce verbis beneficiaria coniunctio ad omne honestum & denique ad publicarum rerum salutem spectat, siue eam sub summo genere coniunctionis inter homines hominum, siue altero societatis & communicationis utilitatum comprehenderit. Quid enim magis poscunt beneficiaria instituta, quam societatem & communicationem utilitatum inter dominum & vasallum? Ceterum istam societatem bonis potius moribus quam lege inductam esse, præter reliqua etiam probat ius personalis libertatis, quod contrahentes istiusmodi obligationem plene seruant: rem obseruante & perse- quente H. Grotio *I. B. & P. lib. I. cap. 3. num. 23. §. 2.*

nulli ab ini-
tio legi sub-
iacentia.

vellet? (o) Si istud frequentissime in monarchiis, in quibus maxima sæpe consuetudini relinquitur, & consulto quidem, auctoritas, vsu venit: quis dubitet de optimatum regimine? Verum, si vel euicerit sententiam suam Franzus, ne quidem id feriret feudorum in Germania origines. Quis nescit, Germaniæ nostræ *maxime in Germania quouis statu:* statum plane tenere, atque ab initio tenuisse diuersum ab omnium rerumpublicarum atque imperiorum formulis? Eo tempore, cum primum feuda introducta esse vidimus, longissime a monarchia, & non longe a populari propemodum regimine Germanicæ ciuitates aberant. Cum huic commode conuenire cum summa consuetudinis virtute ipse Franzus statuerit, ne puto quidem eum, si modo historiæ verioris peritus fuerit, negaturum fuisse vltra feudorum ex moribus originem: quæ sane satis a nobis antiquissimis Germaniæ temporibus secundum veritatem vindicata est.

(p) Quod nouum proinde profert Franzus argumen-

A a 3

(o) Quæ monarchia magis absoluta quam Romana, quippe *Consuetudinis vis in ipsis monarchiis.* in qua *populus lege regia principi & in eum omne suum imperium & potestatem contulit?* quod dicit L. i. D. de *Constit. Princ.* Interea ipse Tiberius in litteris ad senatum conquestus, multas diui Augusti leges contemptu per consuetudinem abolitas esse: scribente Tacito *Ann. III. cap. 54.*

(p) Germaniæ ciuilem statum a primis vsque initiis a communibus rerumpublicarum formis abhorruisse, probaui adductis auctorum testimoniis in *Historia Germ. Vniu. & Pragm. T. I. lib. I. cap. 5. n. 2.* Quam magna tunc consuetudinis fuerit auctoritas; aliquoties supra declarauimus. *Germaniæ perpetua formula consuetudinis auctoritati amica,* Ipsa initia feudorum in illa prima Germania docet tota mea obseruatio huius libri prima.

mentum, & limitata priori propositione corrui; & quantum ad alterum eius membrum attinet, prorsus Germaniæ nostræ rationibus adeoque veris feudorum originibus repugnat. *Vbi nulla, ait, imperantium aut parentium paritas vel æqualitas est, ibi neque consuetudo esse vel ius facere potest.* Si, quod requiritur in consuetudine, addideris, consuetudinem non esse nec ius facere posse, sine tacita legislatoris voluntate aut conuentione; tunc statim inualidum corrui argumentum, aut, si illud concesserim, nil inde tamen efficitur. (q) Quod si porro argumenter, *Atqui nulla imperantium aut parentium in Germania, in qua vtique prima feuda orta esse constitit, paritas vel æqualitas est;* continuo prorsus hoc assertum negauerimus. Vbi post antiquiorem statum, in quo nemo sanus paritatis & æqualitatis rationes non deprehenderit; locus est electioni, nullus-
que

qui semper ius moribus introductum probauit.

Consuetudo ponit tacitam voluntatem principis,

imo & populi.

(q) Thesis Franzi addita limitatione commode a nobis, vt nihil de sententia nostra detrahatur, conceditur. Vbi enim est monarchia, ibi vtique ad consuetudinem pro iure stabiliendam tacita principis voluntate opus est. Tiberius fortassis dissimulauit taciteque ipse probauit Augusti legum per consuetudinem abrogationem. Sæpe princeps lata lege, cuius incommoda deinde agnoscit, consentit, vt contraria consuetudine antiquetur & obliuioni mandetur. Imo vero ad quamuis consuetudinem legitimam inducendam in rebus publicis etiam præsumta populi voluntate & illiterato consensu opus est: quod in principio obseruationis huius ostendimus: vt adeo monarchicus status in consuetudine diuersum a populari nil constituat, nisi quod in illo princeps, in hoc populus tacite consentiat; atque in illo non exigua, in hoc vero maxima consuetudinis reperiatur auctoritas.

que locus vel simulachro absoluti plenique imperii nedum ipsi superat, ibi sane multiplici respectu imperantium atque obtemperantium multa paritas atque æqualitas potest reperiri. (r) Vnde facile apparere potest, quantum debili Franzianæ argumentationis generi fidei haberi queat, & de ceteris ab eo allatis rationibus haud immaturum prope statui præiudicium. Sed nec istas intactas intentatasque modo animus est relinquere.

IX.

Quod instat nimirum, & ad egregiam feudalis status in Germania harmoniam visendam nos remittit, eam quidem lubet agnoscere. Sed quid inde? Hoc vult simul fateamur, repugnare æquitati, vt tam mirabilis harmonia, licet ius inter pares ex consuetudine possit elici, huic accepta referatur. Quantum mihi vero imperii status perspectus est, rationi & æquitati repugnare quam minime censeo, feudales eius rationes

con-

Harmonia feudalis in Germ. status consuetudinario iuri non repugnat.

(r) Ipsa nostra imperii formula dudum in medio quodammodo monarchiæ atque liberarum ciuitatum systematis stare cœpit: quod egregie Titius in *Spec. Iur. P. lib. VII. cap. 9.* ostendit. Vnde vero pro æstimanda multa inter imperantes atque parentes æqualitate plurimæ resultant rationes. Quid aliud voluit Fridericus I. imperator in oratione ad Germaniæ principes apud Radeuicum *lib. I. cap. 27.* sic effatus: *Imperii Romani apud nos ministerium, auctoritatem penes vos, qui optimates regni estis, recognoscimus? Sane non negauit, Germaniæ imperium iam eo tempore, quo nondum tanta principum nostrorum iura esse cœperant, egregia imperantium atque parentium æqualitate atque concordia temperatum esse.*

Germaniæ status æqualitate egregia temperatus.

consuetudini magis, quam legibus debere originem. Sit inter nos, illum ordinem feudorum imperii atque prouinciarum, illaque varia feudalia iura magis per leges efficta atque conformata esse. Tamen non continuo prima beneficiorum origo, de qua lis est, recte consuetudini negabitur. (s) Cui ignotum esse potest, illam principum, quam habent in ditionibus, potestatem & dominationem vetustati fuisse incognitam, atque deinceps moribus atque publica magis consuetudine, ac per leges, per quas quidem sera ætate plene confirmata est, introductam esse? Ea licet præcipua vis vnitioque imperii hodie nitatur, repugnare tamen æquo nemo dixerit, rei adeo magnæ atque momentosæ primas origines ad illiteratum omnium consensum atque ad publicos mores relatas esse. (t)

Quo

Initia & progressus feudorum distinguenda.

(s) Confundunt in hac quæstione plerique doctores initia & progressus feudorum. Illa omnino consuetudinario iuri per hætenus dicta tribuenda adseuero. In hisce non minus multa moribus deberi certum est, vt tamen negari nequeat, multum ex legibus petitum esse. Tale quid quando doctores reperiunt, continuo clamant, totum negotium a legibus dependere, cuius in progressu partes quasdam per leges rectius viderunt efformatas. Sed abunde eis hætenus puto satisfactum esse.

Observantia summorum imperii iurium mater.

(t) In publicis Germaniæ negotiis vetus observantia hodieque omne punctum fert. Illa observantia vere est publicis moribus & illiterata imperatoris & statuum conuentione introductum atque constitutum ius. Cui dum plurima Germaniæ & quidem summa iura omnium consensu debentur: quid in feudorum constitutione solas leges, quas quidem

Quo nobili exemplo si reliquam causam metitus fueris, facile obiectionem Franzianam dilueris. Noua, *Occulti* quam *de occulto ortu lentoque progressu consuetudinis male* *lentoque* *cum cita momentariaque feudorum constitutione conspirante* *consuetudinis ortus* mouet, non minus commode refutabitur. Consue- *facile cum* tudinis scilicet natura satis egregie illis verbis denota- *originibus* ta est. Sed male isti feudorum constitutorum ratio- *feudorum* nes opponuntur. Constituta utique prima censentur *concilian-* feuda dubio, occultoque, & per crebram demum imi- *tur.* tationem confirmato progressu; vero orientis consuetudinis indicio. Quod hodie vero continuo domini atque clientis consensu nascuntur, nihil id ad confutandas eorum primas ex consuetudine origines potest facere. Principum in regionibus dominatio continuam in possessionem hodie vertitur, quamprimum aliquis Germanicæ cuiusdam terræ princeps dominusque constituitur. Quis inde negauerit, dominatus istius modum sensim pedetentimque impletum esse? (v) *Singularitas consuetudinis quam male feudorum*

Bb

vniuer-

quidem in illorum uti aliorum etiam negotiorum curatori ordinatione lubenter agnoscimus, quæremus?

(v) Ipsa dubia & incerta feudorum origo, nec non iurium *Feudorum* *lenti dubii-* *que ortus.* obscura constitutio, cuius etiam meminit initium consuetudinum feudorum *I. F. 1. §. 1.* vel ex ipsa Franzi assertione commodum præbet pro consuetudinaria origine argumentum. Sic electorum prima iura non alia ex causa consuetudini veterique obseruantia tributa, quam quod sensim pedetentimque nulla scripta lege constituta atque introducta sunt. Vid. rei testimonia in *Hist. Germ. Vniu. & Pr. T. 1. lib. 6. cap. 9. n. 5.* & præcipue illustre electorum ad Papam testimonium, *consuetudinem antiquam & probatam* circa electionis

Singularitas consuetudinis atque vniuersitas feudorum male sibi inuicem opposita.

vniuersitati obiiciatur; facile iam nunc dicta probant: siquidem nec prior nec posterior plane prorsusque possit statui. Non tantum consuetudo singularia vnumque aut alterum actum respicit. Quo enim regiae familiae perpetuam cum electionis iure obseruantiam, principum nostrorum amplissimam dominationem, primam regionum iurium complexionem, multaque eius modi alia, quæ omnia publicis moribus sunt introducta atque stabilita, ad singularia, vtrumne potius ad vniuersalia retuleris? Sane eodem modo rerum harumce omnium æque ac feudorum vniuersitatem statueris. Si mauis autem, non minus feudorum constitutionem ac cetera modo enumerata iura dicam esse diuerso respectu singularia; vt rursus, si omnino singularitatem consuetudinis defenderis, eo modo cum illa feudorum ordinatio conciliari queat. Sæpe id in rebus moralibus vsu scimus venire, vt vni rei diuersis rationibus diuersa conueniant vocabula: quæ si quis inter se incaute contenderit, veramque ipsarum rerum repugnantiam statuerit, næ is & falleretur immensum & falleret. (x)

tionis iura agnoscens, apud Leibnitium, *Cod. Dipl. P. 1. n. 36. pag. 67.* Sed vt istam originem nemo impugnet, nec est tamen, qui post Aureæ Bullæ legem non continuam in possessionem summa electorum iura verti censeat atque existimet.

Vniuersalia ex deriuatione a singularibus horum censu subinde veniunt.

(x) Vniuersalia quædam dicuntur vel per se & absolute, vel deriuatione a singulis; quod egregie de vniuersitate docet, indeque graues quasdam quæstiones decidit H. Grotius *I. B. & P. lib. II. cap. 21. n. 8. §. 1.* Quod si verum esset, consuetudinem tantum ad singularia respicere, contra vero feudorum

rum

X.

Proxima abhinc ratiocinatione sibi plus obesse *Consuetu-*
 videtur Franzus noster, quam sententiam suam iuua- *dinis offi-*
 re. Quid enim? si *consuetudinis est officium vel dubia cium*
interpretari, vel infirma confirmare, idne generatim, v-
 trum modo sigillatim verum erit? Si prius, cur ne-
 gasti antea Franze, siue monarchiæ siue aristocratiae
 rationibus probe cum consuetudine conuenire? Si po-
 steriorus, quid dubitas singulari Germaniæ statui, nec
 monarchico prorsus, nec aristocratico, singulare con-
 suetudinis officium vindicare? Generatim autem id in
 consuetudinem verum esse, iam alio loco declarau-
 mus: sed etiam officium illud consuetudinis longe
 amplius atque excellentius, quam vt modo dubia in-
 terpretetur aut infirma confirmet, cum omnino noua
 iura inducere, vetera obducere, legesque adeo ipsas
 sæpe interpretari & vincere valeat, perdocuimus.
 Quæso autem, cur per hoc officium consuetudo cen-
 seatur feudorum constitutioni repugnasse, expendamus.
Feudum dicitur cum ipso creationis suæ exordio ta- *prorsus*
lem vim ac robur afferre, vt se & satis interpretari, & feudorum
sua ingenita vi seipsum confirmare possit. Id scilicet nisi *constitu-*
 legis effectui negat Franzus vnquam posse tribui. De *tioni non*
 mus *repugnat.*

Bb 2

mus

rum constitutio per se atque absolute foret vniuersalis,
 recte oppositio quædam a Franzo videretur reperta. Nunc,
 vt reliqua mittam, si omnino dixerimus quandam feu-
 dorum dari vniuersitatem, hæc vtique a singulis feudis, va-
 riis in locis constitutis, orta, certo respectu pro singulari
 instituto habenda fuerit. Vnde rursus, quam imbecilla sit
 Franzi argumentatio, colligitur.

mus hoc; licet fortassis possit aliquid ex consuetudine ortum trahere, & tamen a primis initiis vim certi iuris obtinere. (y) Cetera, quam parum ratiocinationis huius ambo membra cohæreant, quis non intelligit? Vt istud autem non vrgeamus, prorsus illam feudorum primam indolem, quam constituit Franzus, pernegamus. Quis nescit, vt fieri assolet in rebus consuetudine illiteratoque consensu introductis, feuda multis in principio modis fuisse incertis dubiisque iuribus definita, donec succedenti tempore certiora securioraque illa fierent instituta. (z) Ita erat omnino officium consuetudinis feudorum genitricis, vt dubia in feudis non raro interpretaretur & infirma confirmaret. Vnde vero ex propria Franzi argumentatione propius vinculum consuetudinis cum feudis continuo apparet, quam vix vlli alias licuisset ostendere. Igitur bone Franze, & desine gloriari, per ratiocinia tua non licuisse vlli vel excogitare vel dare cum ratione vllum medium, quo connectatur feudum cum consuetudine, *tanquam*

Certa electorum iura non minus ex consuetudine procreata.

(y) Exemplum rei peto a summis electorum iuribus. Ista ex consuetudinis indole dubio lentoque ortu procreata sunt, vt vix primas origines liceat reperire. Quem lateet vero, posteaquam horum iurium meminisse cœperunt auctores publicaue monumenta, continuo quasi certa stabiliaque iura ea habita esse, & pro iis contra reliquos principes in electione Henrici VII. grauiter ab electoribus singulari decreto esse propugnatum. Quod decretum exhibet Leibnitius *Cod. Dipl. Iur. Gent. Mant. P. II. num. 49. pag. 252.*

(z) Res satis manifesta ex *I. F. 1. §. 1.* quibus verbis infra amplio rem lucem affundemus.

tanquam causa cum suo effectu. Plus puto simplici vice illud medium docuimus, ostendimus, demonstraui-
uimus. Sed magnum adhuc pondus inesse credis illi postulationi tuæ, vt, si feudorum quis originem ex consuetudine omnino producere voluerit, declaret simul, vt beneficium & fidelitas partes feudi inde deriuari queant: quod quidem putas posse fieri quam quod minime. Non morabimur tuas Franze, quominus rem aliquis tentet, philosophicas regulas obiectas. Bona fide rem aggrediemur, & facile, vt puto, expediemus. Distinguemus inter beneficentiam atque fidem, & beneficii concessionem fideique præstationem. Illas vtique virtutes mentis non publicæ originem debere consuetudini, licet per hanc etiam virtutes ipsæ aut moueri aut impediri queant, facile adseuerauerim. (a) Sed vt aliquis suo commodo bene merenti beneficium quoddam impendat, ab eoque fide præstita sibi cauere iubeat; negotium hoc est, in quod, vt in reliqua, consuetudinis omnino imperium adferitur. Male adeoque coniunxisti distinguenda, Franze, & generatim consuetudinis vim negasti, quæ in negotii parte altera omnino egregia imo summa est. An etiam dubitas, plurimum posse publicam con-

Partes feudi ini- que origi- ni consue- tudinaria negata.

B b 3

suetu-

(a) Et in virtutibus & vitiis magna omnino vis consuetudinis adparet. Cicero in *Oratore* ait: *Impetratum est a consuetudine, vt peccare suauitatis causa liceat.* Tacitus *Hist. I. cap. 90.* memorat voces vulgi ex more adulandi nimias & falsas. Idem *Germ. cap. XIX.* plus ibi bonos mores, nempe in mouendis virtutibus, valuisse, dicit, quam alibi bonas leges.

Consuetudinis vis in mouendis vitiis & virtutibus.

fuetudinem in armorum perpetuo vsu, exercitio atque amore? Si dubitas, cerne Macedones, Scythas aliasque nationes, in quibus non lege, sed sola consuetudine a cunis vsque tractari cœperunt arma atque excoli. (b) Si non dubitas, cum fortitudo etiam mentis quodam consistat robore, conuictus tunc fateare necesse est, non minorem consuetudinis in dirigenda beneficentia atque fidelitate ad feudorum constitutionem esse etiam auctoritatem.

XI.

Satis hæcenus factum Franzianis argumentis, & adhuc puto perstitit inuicta veritas, quam originum feudalium respectu dudum communis doctorum consensus explorauerat. Nihil nunc efficere apta sunt monita, eloquia, alloquia, exclamationes Franzi, vt causæ ipsius, adeo deductis præsidis nunc infirmæ & tenui vltra faueatur. Si verum autem fatebor, quæ verioris historiæ ignorantia mouit & induxit alterum, de quo mox inquiremus, errorem; eadem insignem

*Occasio
errationis
Franzia-
ne.*

*Armorum
exercitatio
ex consue-
tudine.*

(b) Vt taceamus nationes alias, bene istud in Germanicis Cattis obseruat Tacitus *Germ. cap. XXXI. Et aliis Germanorum populis, inquit, usurpatum rara & priuata cuiusque audentia, apud Cattos IN CONSENSVM vertit, vt primum adoleuerint, crinem barbamque summittere, nec, nisi hoste caso, exuere votiuum obligatumque virtuti oris habitum.* Et idem *cap. XXXII. de Vsiipiis & Tencteris ostendit consuetudinis & imitationis in armorum exercitatione vim. Nec maior, inquit, apud Cattos peditum laus, quam Tencteris equitum. Sic instituere maiores: POSTERI IMITANTVR. Hi lusus infantium; hæc iuuenum emulatio; perseverant senes.*

gnem doctumque iureconsultum decepit, vt scriptam & expressam legem primam feudorum matrem adfereret: ignarus diu ante leges, quod partim ostendimus, partim porro monstrabimus, in Francis, in vetustissimisque Germanis vsu multo publicis moribus feuda recepta atque frequentata fuisse. Istud, puto, cum ceteris rationibus eum omnino docere potuisset egregius locus in feudorum Longobardicis libris, quem ipse post inscriptionem libri feudorum confutata extremum adduxit, & cuius patrocinio contra communem sententiam præcipue causam suam confidit. Hunc antequam visamus, prætereundo de illa libri feudorum inscriptione *Incipiunt consuetudines feudorum* monemus, parum quidem, si aliæ defuerint rationes, in ea sola futurum fuisse præsidii; quo nomine superiori loco adeo magnifice de ea sentiendum fore non censuimus. At dum reliqua omnia bellissime conspirent, quis prohibeat, quo minus inter auxilia illi ex inscriptione ea producto argumento aliquid etiam tribuamus? saltem negemus, illi licet imbelli quicquam recte atque commode a Franço responsum esse. (c) Locus ipse, cui tantum suæ sententiæ firmamen-

Iudicium de inscriptione Longobardici feudorum libri.

(c) Dicit inscriptio libri feudorum, *Incipiunt consuetudines feudorum*. Cum qua inscriptione comparanda est rubrica II. F. 28. in qua post adductam constitutionem Friderici I. dictum; *Hic finitur lex, deinde consuetudines regni incipiunt*. Huius inscriptionis & rubricæ ad consuetudinariam feudorum originem probandam non maximum vsum esse, alibi diximus. Post alia tamen, dum ipse Longobardicus liber, qui multa complectebatur Cæsarum ius-

Inscriptio feudorum libri

sa

Longobar-
dica feu-
dorum hi-
storia

mentum Franzus confidit, sic habet: *Quia vidimus de personis, videamus, qualia prius habuerunt initia. Antiquissimo enim tempore sic erat in dominorum potestate con-*
nexum, ut quando vellent, possent auferre rem in feudum a se datam. Postea vero eo ventum est, ut per annum tantum firmitatem haberent. Deinde statutum est, ut usque ad vitam fidelis produceretur. Sed cum hoc iure successionis ad filios non pertineret, sic progressum est, ut ad filios deueniret: in quem scilicet dominus hoc vellet beneficium confir-

vindicatur
ab obiectionibus
Franzianis.

sa decretaque, potiore partem consuetudinibus tribuit; istud eius assertum non omnem fidem respuit, & inter auxiliaria argumenta rite locum obtinet. Quæ contradicit Franzus pag. 632. 633. exigui momenti sunt. Ait esse genitiui naturam, ut causam efficientem demonstret; vnde dicendum fuisset, *incipiunt feuda consuetudinum: quo dicendi genere dici aut cogitari absurdus atque ineptus nil possit.* Verum, quod priori loco Franzus monet, minime generale esse constat. Æque dicimus *filius patris & filii pater: vbi priori quidem loco genitiuus causam efficientem, altero effectum notat.* Deinde fac esse genitium notam causæ efficientis: quid tum, si feuda a quopiam inuenta vltioris consuetudinis rursus matrem dixeris? In rebus moralibus res quædam alterius genitrix simul æque ac filia, ita ut dicam, sæpe esse potest. Sed ut plane ista transeam, sensus apertus est, si dixerimus indicari consuetudines feudorum, quasi circa feuda eo usque obseruatas. Nonne eodem modo leges feudorum appellamus, quæ de feudis passim hodieque fanciuntur? Reliqua ergo mutatio inscriptionis, ex qua sit legendum *feuda consuetudinum*; ut sensum ægre bonum admittit, atque impendio absurda est; ita eam Franzo relinquimus, & ad eam vlllo modo respiciendum esse, prorsus negamus.

confirmare. Quod hodie ita stabilitum est, vt ad omnes equaliter veniat. Cum vero Conradus Romam proficisceretur, petitum est a fidelibus, qui in eius erant seruitio, vt lege ab eo promulgata hoc etiam ad nepotes ex filio producere dignaretur, & vt frater fratri sine legitimo herede defuncto in beneficio, quod eorum patris fuit, succedat. Franzus noster hæc omnia ex præscriptis legum seruata putat. Antiquissimum tempus in Caroli Magni tempora imputat. Dominorum nomen de quodam summo principe & monarcha legibus soluto interpretatur, cuius, quod putat, summam in feudis dandis & concedendis potestatem loquantur omnia. Ceterum euinci illo loco putat, omnem exclusam in feudis vim consuetudinis, itaque *initia* & antiquissimum tempus, vt eius verbis vtar, *produci ad initiata in tempore illo antiquissimo, nempe ad feudum, & rem in feudo datam, vt demonstraretur, hæc omnia tempore simul fuisse, neque vel prius vel posterius quid dari aut excogitari debere aliud, a quo feuda sumserint principium.* (d) Ego vero, quod dixi, hoc vnico loco potuisse Franzum, si recte animum attendisset, ab errore suo, quem tanto verborum infucatarumque rationum strepitu aliis commendare nititur, dimoueri omnino censeo: tantum abest, vt quicquam tribuendum putem nouis, quæ ex illo

C c

illo

(d) Longobardica hæc feudorum historia habetur *l. F. l. §. 1.* eamque Franzus *pag. 634.* in medium profert, eoque, quem breuiter commemoro, modo opponit. Verba producta lege *pag. 635.* & sequentibus paginis reliquum eius iudicium.

illo testimonio commode petiisse sibi visus est, argumentis.

XII.

que addi-
ta cura-
tiori ex-
plicatione
confuta-
tur.

Rem non opera indignam me facturum, si luculentius totam causam exposuero, atque integrum testimonium euoluero, arbitrabor. Primum scire conuenit, Longobardica ibi feuda eorumque progressum describi. Si vel quiddam in iis videatur legibus tribui, nec istud pertinebit ad Germanica feudorum initia, nec prorsus origines feudorum ipsas mutabit. Verum prorsus ego dicam, in illis etiam verbis, nisi consuetudinem illiteratumque consensum feudorum initia variasque priores formas produxisse, nihil dici. Dum de *antiquissimo tempore* sermo est, hoc scio, generatim latino sermone antiquissimum tempus non tantum aliquot seculorum spatio, verum etiam multorum omnino annorum decursu facile posse exhauriri: vnde, si antiquissimum tempus in Caroli Magni ætatem referatur, eo ego nomine nihil repugnarem. Quod tamen Caroli ætate iam antiquior mos, ex quo ad domini arbitrium feuda aut concedebantur aut adimebantur, vbicunque fere cessauerat; non subscribendum scio Franzianæ opinioni, sed antiquiora intelligenda tempora. *Ad ea initia*, vt Franzi verbis loquar, longeque adeo ante Carolum, antequam latam legem in antiquitatem *producenda initiata*, quippe feuda, nunc modo ipso Franzo auctore constat. Illo antiquissimo tempore sic erat dominorum potestati subiectum beneficium, vt, quoties vellent, id reuocare possent. Leges de ea re ante Carolum in Italia nullæ
latæ:

latae : si omnino in Italicos mores hæc Longobardicus doctor, & non in vniuersum de feudorum originibus scripta voluerit. Si non leges latae : quid tum? Sane antiquissimum illum morem des necesse est consuetudini. Beneficium non cogendum visum, sed potestati dominorum relinquendum. Quando adeoque, quod alias fere dubitavi, ante Francicum imperium Longobardis cognita fuerunt feuda, in ipsis profecto etiam, vt vbiq;e alias, sine legibus omnia potuit publica consuetudo. Quid porro nos doctor noster docet? *Ventum, inquit, est eo, vt per annum tantum firmitatem haberent feuda. Deinde statutum est, vt vsque ad vitam fidelis produceretur.* Vis nouas crepare leges; & quæso quas? Publicis & in Germania, & omnino, postquam ibi introducta sunt, in Italia diu moribus id videtur relictum esse, vt per hos, quibus ortum debebant, feuda ordinarentur, atque eis modus formaque præscriberetur. Dum aliquo ventum est, dum statutum est aliquid, vtique verba loquuntur, antiquiorem consuetudinem sensim pedetentimque nouis moribus esse mutatam atque variatam. Promulgata lege statim ius certum, nec adeo mutabile inducitur, nec sensim aliquo ventum esse commode dicitur. Porro discimus *eo progressum esse, vt ad filios deueniret feudum.* Progressio isthæc non æque legis videtur esse, quam consuetudinis. Et hoc etiam videbatur relinquendum dominorum liberalitati, quousque suum vellent in hæredes translatum beneficium. (e) Postea de-

Cc 2

mum

(e) Illustrationem datam ultra augere notis nil opus. De Italia

mum dicitur, *stabilitum esse & lege promulgata sancitum,*

Primi feudorum mores diu ante Carolum exoleuerunt.

Italia dixi, quantum ad tempora Carolo antiquiora attinet, certi nihil haberi, adeoque non constare, an vetustiores mores memoratos de Longobardis, vtrum in vniuersum de feudalibus institutis auctor Longobardicus intellectos velit. Si vltimum statuimus, certum est, diu ante Carolum M. in Francico regno cessasse feuda dominorum libero subiacere arbitrio, & minimum semper ad vasallitatem producta esse; quin quod non desint, qui omnino putent, successiones liberorum in feuda Carolino tempore non prorsus fuisse incognitas. Quod si est, quam frustra antiquissimum tempus Carolino imperio Franzus tribuit? Audiemus de pacto inter Guntramum & Childebertum reges an. 587. in Gregorium Turon. *lib. IX. cap. 20.* Inter alia ibi dicitur: *Si aliquid cuiusque per interregna sine culpa ablatum est, audientia habita restauretur. Et de eo, quod per munificentias precedentium regum vnusquisque usque ad transitum gloriose memoriae domini Chlotacharii regis possedit, cum securitate possideat, & quod exinde fidelibus personis ablatum est, de presenti recipiat.* Propositum est etiam Chlotarii II. edictum in Concilio Parisiensi V. Anni 615. quod clarissime rursus ostendit, antiquissimum a Longobardico doctore memoratum tempus & temporis morem iam tum exoleuisse. Habet illud edictum Baluzius in *Capit. Reg. Fr. T. 1. fol. 23. 24. §. 17.* *Et quæ vnus de fidelibus ac leodibus suam fidem seruando domino legitimo, inter regno faciente visus est perdidisse, generaliter absque aliquo incommodo de rebus sibi iuste debitis precipimus reuestiri.* Si prius statuerimus, Longobardicum doctorem generatim scripta de Italia intelligere, non minus docebo, in hac etiam, si quæ feuda ante Carolum Francicumque imperium in ea fuerint constituta, antiquissimum & paulo succedentem

tum, vt & ad omnes filios beneficium spectaret, imo etiam ad nepotes filiorum, & fratres eorum, qui a patre feuda accepissent. Ibi nullus ego dubito, quod antea negotium solis moribus relictum fuerat, coepisse fortassis in Italia, vt arctius ea Germanicis pareret legibus, & vt incerta rerum periculaque publicas facile turbas datura eo curatius cauerentur, imo etiam, vt Italicorum principum maior potestas, tanta liber-

C c 3

tate

dentem mores fere cessasse, antequam Carolus leges Italis fanciret. Quo enim lex Caroli *Capit. lib. III. cap. 8.* ab ipso Franzo citata *pag. 667. ? De iuramento disponimus, vt nulli alteri per sacramentum fidelitas promittatur, nisi nobis & unicuique proprio seniori, ad nostram utilitatem & sui senioris, exceptis his sacramentis, quæ iuste secundum legem alteri debentur ab altero. Et infantes, qui antea non potuerunt propter infantilem ætatem iurare modo fidelitatem repromittant.* Cum nimirum lex hæc de feudis loquatur, & de feudali iuramento infantium mentio iniiciatur; quis non inde arbitretur, non tantum vetustissimos mores, quod aliunde etiam satis ex Caroli legibus constat, tum exoleuisse, sed omnino iam videri, liberis nonnunquam in paterna beneficia successionem esse datam? Quid enim de puerorum sacramento disponat Carolus, nisi in eos quandoque consensu Cæsaris aut feudalis domini fuerint feuda deuoluta? Sed dicis, legem hanc Caroli esse ex Capitularibus, non ex lege Longobardis lata. Bene vero monet iubetque Lotharius *Long. Lege lib. III. tit. 37.* vt ista capitularia Caroli pro lege etiam in Italia seruentur: vnde isti etiam dubitationi satisfactum puto. Ceterum res istis testimoniis satis contra Franzum euicta, minime antiquissimum & deinde succedentem morem Longobardico doctore descriptum in Caroli ætatem referri posse.

tate minoribus vasallis tributa, frangeretur, certe minueretur, per leges stabiliri atque sanciri. Quod quando ante Conradum & cuius legislatoris auctoritate factum fuerit; nec licet prorsus decernere, nec definire nostra valde hoc loco interest. (f) Quod nostrum institutum fuit, ut doceremus, non tantum nihil praesidii ex illo allato testimonio Franzianæ accessisse sententiæ, sed magis eam inde infirmari, conuelli, destrui; satis id abundeque declarauimus. Nos immotam hanc veritatem per omnia Franziana argumenta perstitisse, quod vnica feudorum origo sit ad consuetudines referenda, confidimus; victoriæque, at, fateor,

*Transitio
ad alteram
translationis
partem.*

*Litigiosa
successionis
in feuda
stabilitate
tempora.*

(f) Quando in feuda successio filiis, nepotibusque, atque ceteris agnatis data fuerit siue lege siue consuetudine, non accurate satis siue de Germania siue de Italia doceri potest. In re adeoque litigiosa & incerta praestat ex historia docere, quando nondum successioni locus fuerit, quam quando factus sit. Deinde dum testimonia de feudis filiis relictis occurrant, recte distinguitur inter consuetudinarii iuris, & benignitatis regiae, aut alius domini rationes. Si quis dominus benignior forte dedit filiis successionem: quale exemplum videtur occurrere in *Burg. Lege Tit. I. §. 3. 4.* explicata a nobis in *Obs. 7. pag. 36. 37.* non continuo id iure statutum aut generali consuetudine obseruatum esse, censeretur debet. Fortassis etiam illa comis obseruantia, quæ generatim in Germanis cum electione regum principumque speciei successionis locum fecit, non minimum etiam valuisse in feudis iudicari potest: ad quod rursus commode attendendum illi, qui argumentum hoc ex instituto pertractare voluerit. Quod nos, praeter quod regularum harumce mentionem fecimus, statim dimittimus.

teor, oppido leuis atque ingloriæ, testes atque iudices bonos lectores compellamus. Quod superest operæ nostræ, non coaceruandis testimoniis, quæ in feudorum libris consuetudines loquantur, ex vltima Franzii postulatione in re tam clara, manifesta, nullisque e-gente auctoritatibus, prætereaque cum tanta testimo-niorum vel tironi obuiorum copia, infumemus; sed continuo alteri commentationis parti breuiter absol-uendæ, & contra Franzum defendendæ atque mu-niendæ dabimus.

XIII.

Secundo igitur loco beneficiaria instituta, con-suetudine publicisque moribus introducta, vetustissi-mis ante Carolum Magnum seculis iam cognita, mi-nimeque ab illo primo per leges data, sancita, inuen-ta esse, firmiter asseueramus; aduersariamque Fran-zi sententiam, ex penitissima historiæ ignorantia pro-ductam, hac leuiter considerata, statim corruere at-que profligari, audacter pronunciamus. Quod vt commodius probemus, rursus veriore sententiam paucis præmittimus, ex qua facile Franzus suarum rationum patrociniis atque vltiori defensione, vel si-lente me, excidet. Ad antiquissimam Germaniam tantum prouocare libet; cum ei alibi inuentorum & probatorum feudorum gloriam adsertum iuerim. Illi principes, qui sub fidei lege comites adsciuerunt, vi-ctique, cultu, & largo adparatu, fortassis etiam datis agris, eorum seruitia auctorare consultum dixerunt; non profecto permittent, vt Carolo tribuatur, quod ipsorum

II.

*Feudalia
instituta
longe Ca-
rolo M.
antiquio-
ra sunt;*

*visa in
Germania
antiqua;*

*Statim
post ingen-
tes Ger-
manorum
migratio-
nes;*

ipsorum moribus primum videtur introductum. (g) Negat, ad amissam feudorum indolem, naturam, modos, formas a nobis in prisca Germania demonstrari potuisse? Repono tibi sæpe sæpiusque dicta, non licere in originibus deprehendere, quod cum tempore mutatum, additum, variatum, ut solet in consuetudinario iure fieri, subinde fuerit. Tantum certe monstrauimus in antiqua patria nostra, quantum sufficit ad primas feudorum origines ei vindicandas, & Caroli saltem legi abiudicandas. Postquam destrui vero a Germanis Roma, huiusque prouinciæ illorum prædæ cedere cœperunt, non mirum, clariora inde constitutorum feudorum apparere vestigia. Scilicet nunc solæ Germanicæ res describendæ erant ab auctoribus, in quibus non poterant non feudorum iura simul notari. Ante autem quam Romanum imperium rueret, quam raros habemus nostrarum rerum ex Romanis scriptores, & quam perfunctoria, si unicum Tacitum excipiamus, cura perfunctos? ut profecto plura, quam ex eis collegimus, de obscurioribus feudorum originibus ab ipsis requirere frustra possis. Cum primis Herulorum, Gothorum & Burgundionum migrationibus, in singulis reperio inductorum in nouas prouincias beneficiariorum iurium non simplicia argumenta. Et Odoacer, & Theodoricus, hic Gothorum alter Herulorum rex, in Italia agrorum partes bene merentibus non militibus tantum, sed aliis

Sedes superiorum tractationum.

(g) Res ista in *Obs. I. a numero tertio & sequentibus, præcipue in num. 6. pag. 30. sequ.* a nobis clarissime est declarata.

aliis etiam, fidei interposita lege, concesserunt. Quis commode, nisi de veris feudis interpretetur illa *largitate publica collata beneficia*, quæ descripta iudicique cuidam transmissa, ut *possessorum intemperatos mores contineret*, memorat in formulis Cassiodorus? De Burgundionibus res æque clara est ex ipsorum legibus, non ipsis feuda improbata esse. Quod superiori loco a nobis in medium productum, & ab obiectionibus vindicatum est Gundebaldi regis præceptum, vario modo feudorum probatis rationibus fauet. (h) Quodsi obieceris nobis Romanos mores, quos Gothi, quos Heruli & Burgundiones imitati militibus agros concesserint, rursus nil agis. Alia Gothos Herulosque lege atque ratione, & diuersa Romanos militibus agros dispertiisse, ut, dum hisce feuda tribui nequeant, in illis commode ea reperiantur; iam alias ostendimus. (i) Si etiam omnino feuda iam Romanis fuerint cognita & frequentata, saltem inde non minus Franziana sententia, Carolum auctorem & inuentorem feudorum statuens, conuellitur atque confutatur: nedum ruat atque euertatur, postquam verioribus argumentis longe ante Carolum vetustiori Germaniæ, & primis ex Germania migrantibus populis, feudorum institutio & confirmatio satis hæctenus adserta est.

XIV.

Ad historiam Francici regni modo accessuris, te-

D d

stimo-

(h) Vid. *Obs. I. num. 6. pag. 36. 37. & Obs. II. num. 5. pag. 81.* ubi Procopii, Cassiodori, aliaque testimonia reperiuntur, atque maiori cura inluminantur.

(i) Vid. rursus *Obs. I. num. 6. pag. 39. 40. 41.*

*maxime in
Francico
Meroui-
darum re-
gno;*

stimoniorum de feudis dudum ante Carolum in illo
introducendis prope nubes occurrit, ut non cogitandum
mihi videatur, quid possim, sed quid maxime debeam
ex illis memorare. Ea erat indoles Francorum, ut
laudabilia patriæ suæ instituta quæuis tenacissime ser-
uarent, & ad rei publicæ suæ statum accommodarent:
vnde per numerorum penuriam & commodissimam
imperii in cupidissima libertatis gente stabiliendi ratio-
nem, quæ duæ fortassis præcipuæ in prisca Germania
institutorum feudorum fuerunt causæ, non potuit ipsis
non beneficiarium ius vsu diu receptum se continuo
probare. Cum primo saltem Clodouæi & filiorum
nepotumque eius imperio crebra in auctoribus *fideli-
um, vassorum, leudum, & bonorum de regio munere* men-
tio a multis obseruata est. Et nemo dubitare potest,
quin illis vocabulis, in beneficiaria re admodum fre-
quentibus & solennibus, non raro feuda vasallique
denotentur. Quoniam tamen recte alii monuerunt,
admodum promiscue iis verbis uti solere priscos eius
ætatis auctores, nec vasallos aut feuda tantum, sed
frequenter subditos, seruos, & bona plene donata in-
telligere: non sane maximum solumque in eis vrgen-
dis momentum poni posse facile largiar. (k) Quod
vero

(k) Causas introductorum in prisca Germania, & deinceps
conseruatorum in Francis feudorum ex Jll. Thomasio
produxiimus & persequuti sumus in *Obs. I. num. 6. pag. 42.
sequ.* Argumenta de fidelibus, leudibus, bonis munere
regio, & vassis ad feudorum origines demonstrandas pro-
duxerunt Alteserra, Cointius, Bignonius, aliique. Eru-
dite autem Jll. Thomasio *de Orig. Feud. num. XI.* post a-
lios

*Fideles,
Leudes,
Vassi &c.
obscurius
vasallos re-
praesen-
tant.*

vero Clodouæus legitur *Aureliano Milidunum castrum cum totius ducatu regionis beneficii iure concessisse*, iam id clarissime illustre, quod regale vocant, feudum loquitur. Eberulfus regente Chilperico rege *commendata bona* habuit, quæ, postquam interemisse regem incusatus erat, *publicata sunt*. *Renouanda actionis* apud Gregorium Turonensem in comitatu Antissiodorensi mentio, haud obscure inuestituræ petitionem indicat. Solebant quippe adpellari *agentes*, qui officio quodam functi ad agendas res feudis concessis auctorati erant. Quod in bonis de munere regio dubitanter feuda quæsumus, certe tutius de iis interpretere *bona a fisco data*, quæ ob fugam aut alia delicta ad fiscum redacta plures auctores narrant. Nonnunquam talia bona mortuis ducibus comitibusque, sunt filiis relicta, alias statim fisco cessura: unde apparet, licet ex iure licuerit feuda mortuis possessoribus reuocare, nec prima tamen ætate istud perpetuo factum esse. (1) Porro ad

D d 2

regalia

lios monuit, fere imbellia esse argumenta, si sola in medium proferantur, cum ambigui sensus pleraque sint vocabula; contra illis plus tribuendum esse, si fortioribus rationibus aliis iungantur: quod declarat *num. XII*. Quæ grauisima sententia nos etiam statim & ab afferendis testimoniis, quæ Thomafius suppeditauit, hac in causa abstinemus.

- (1) Testimonia auctorum, ad quæ prouocatur, hæc sunt. *Testimonia Aimoinus lib. I. cap. 14. de Chlodouæo sic memorat: Unde auctorum cum Chlodouæus regnum suum vsque Sequanam, atque postmodum vsque Ligerim fluuios ampliasset, Milidunum castrum eidem Aureliano cum totius ducatu regionis IVRE BENEFICIISURA.* *de feudis primis Francicis, cum censura.*

regalia istius ævi spectat feuda, quod Boioaria lex de
duce

FICII concessit. In hoc testimonio plurimum ponderis Alteserra de Orig. & St. feudorum cap. I. pag. 4. inesse credit. At docuit Jll. Thomafius loc. cit. num. IX. pag. 22. non nimium illi soli tribuendum, quoniam & Aimoinus longe ætate quam descripsit iunior auctor fuerit, atque Gregorius Turon. prorsus rem siluerit. Interim non negat pag. 23. & num. XII. pag. 40. cum ceteris posse etiam Aimoinum audiri, qui saltem, quoniam eodem circiter tempore alii scriptores eosdem fere mores enarrent, non multum a vero aberrauerit. De Eberulfo Gregorius Turon. lib. VII. cap. 22. Dum hæc, inquit, agerentur, res ipsius Eberulfi diuersis conceduntur, aurum argentumque vel alia meliores species, quas secum retinebat, in medium expositæ sunt. Quod vero COMMENDATVM habuit, publicatum est. Plus utique huic testimonio tribuit Thomafius, cum vocabulum commendare in istius ætatis auctoribus, teste Cangio in Gloss. hæc voce prætereaque P. de Marca & Baluzio, notet beneficii concessionem. Eiusdem Gregorii Turon. bina alia testimonia adduxit Jll. Thomafius d. l. de renouanda actione & agentibus, quæ adducere non magis piget. Prius testimonium perhibet Greg. Tur. lib. V. cap. 42. Peonius huius municipii (Antisiodorensis) comitatum regebat. Cumque ad RENOVANDAM ACTIONEM munera regi per filium transmisit, ille datis rebus paternis comitatum patris ambiuit, supplantauitque genitorem, quem subleuare debuerat. Deinde idem lib. VI. cap. 19. Chilpericus, inquit, mittit nuncios comitibus, ducibus, vel reliquis AGENTIBVS, ut collecto exercitu in regnum Germani sui irruerent. Thomafius agnoscit in priori testimonio feudorum vestigia. Ipse, si vltimum modo locum viderim, magis agnoscerem ministros atque officiales, quam vasallos.

Sane

duce rebelli statuit, vt donatu dignitatis ipsius ducati ca-
 Dd 3 reat.

Sane de illis etiam *agentes* interpretatur Cangius *in hac voce*. Cum tamen in priori loco *renouanda actionis* mentio fit, non vltra dubium, quin Peonius feudi nomine comitatum rexerit, nouoque regi nouam fidem per filium præstare voluerit. Bonorum de fisco regio sæpius meminit Gregorius Turon. Ita *lib. V. cap. 3.* de Godino bis turpis fugæ reo ait: *VILLAS, quas ei rex A FISCO in territorio Sueffionico INDVLSE RAT, abstulit & Basilicæ contulit Beati Medardi.* Paulo deinde addit; *Siggo quoque referendarius - - - ad Cbildebertum regem Sigeberti filium relicto Cbilverico transfuit, RESQVE EIVS, quas in Sueffionico habuerat, Ansualdus OBTINUIT.* *Lib. VIII. cap. 21.* de Bosone memorat hæc: *Nam auffugit, ablatæque sunt ei deinceps omnes RES, QVAS in Aruernone DE FISCO MVNERE PROMERVERAT.* Istæ res de fisci munere quin beneficia officialibus militibusque attributa fuerint, ægre dubium est. Quod enim Godini villæ de fisco, postquam ablatæ essent, Basilicæ collatæ leguntur, licet tum temporis feuda ecclesiis concessa nulla sint; non docet tamen, has villas non fuisse feuda, sed exemptas deinceps ex beneficii qualitate nouo nomine ecclesiæ concessas esse. Ceterum bona hæc de regio fisco aliquando iam ætate illa filiis relicta esse, rursus vnus nos docebit Gregorius Turon. *lib. VIII. cap. 22.* *Obiit, scribit, his diebus Bodegisilus dux plenus dierum, sed nihil DE FACVLTATE eius filiis minutum est.* Quam autem facultatem intelligat, videre licet ex verbis continuo antecedentibus de Wandelino: *Quæcunque DE FISCO meruit, FISCO IVRIBVS sunt RELATA.* Quo quidem Gregorii testimonio non id euinci debet, iuris fuisse vt filii succederent, sed benignitatem regiam istud permittere non raro consueuisse. Qua
 in



reat. Minora beneficia loquuntur regum mandata, quibus beneficia *fidelibus*, quibus fortassis adempta fuerant, restitui iubentur, & omnino *fideles ac leodes de rebus sibi iuste debitis*, quas interregno faciente visi sunt perdidisse, reuestiri. Quod cetera Fredegarius *pares comitum* memorat, multos induxit in opinionem, non soli regi, sed etiam ducibus comitibusque licuisse feuda dare. (m) Et dubito minime, in prisca Germania omnium

in causa comparandum hoc testimonium cum Gundobaldi *lege Burgund. tit. I. §. 3. 4.* citata a nobis in *Obs. I. num. 6. pag. 36. 37.* in qua similis casus occurrit, alterque locus alteri nouam lucem foeneratur. Bonorum de munere regio mentionem magis promiscuam & obscuram esse, quam uti certum inde petatur argumentum, supra declarauimus. Ex pluribus tamen vnum Gregorii Turon. *lib. III. cap. 21.* testimonium, si omnino fisci bona feuda sunt, eadem etiam in bonis de regio munere ostendit. *Anno quidem Ebradunensem carpens viam usque Machouillam Auennici territorii, quam Mummolus MVNERE MERVERAT REGIO, accessit, ibique fixit tentoria.* Si quis mihi hoc testimonium proferenti obiecerit, æque hisce verbis posse villam plene Mummolo a rege donatam intelligi; idem fortassis ceteris testimoniis, quæ fisci mentionem faciunt, obiecerim. At facilius res conficitur, quando repugnare objectioni dixerimus, villas integras plene a rege ministris donatas esse; quæ vero feudi atque beneficii lege ex patriis moribus atque maiestate regia commode concedi poterant.

Plura testimonia de feudis primis Francicis regalibus.

(m) Boioaria lex *tit. II. cap. 9.* *Si quis dux de prouincia illa, quem rex ordinauerit, tam audax, aut contumax, aut leuitate stimulatus, seu proteruus & elatus, vel superbus atque rebellis fuerit, qui decretum regis contempserit, DONATV DIGNI-*

omnium principum & optimatum istud fuisse decus,
vt

DIGNITATIS IPSIVS DVCATI careat, etiam & insuper spem supernæ contemplationis sciat se esse condemnatum, & vim salutis amittat. Nisi hisce in verbis verum feudum agnoueris, en adde testimonium Adelmi *ad an. 757.* aut ex Alteserræ *loc. cit. pag. 5.* citatione Aimoini, qui *lib. IV. cap. 67.* donatum dignitatis ipsius ducati ad Tassilonem adplicat, & explicat. *Illuc (Compendium) & Tassilo dux Baioariorum cum prioribus gentis suæ venit: & more Francorum in manus regis IN VASSATICVM MANIBVS SVIS SEMETIPSVM COMMENDAVIT: fidelitatemque tam ipsi regi Pipino, tam filiis eius - - - iureiurando supra corpus S. Dionisii promisit.* Omnia in hoc testimonio loquuntur veram feudi concessionem. Eligebant quidem ex lege Boioarii ducem. At iste dux ducis dignitatem & bona beneficii lege a rege percipiebat; cui se *commendare* hoc loco genuina feudali voce, cui iurasse Tassilo dicitur. Præter regalia feuda, quorum pleraque hætenus adducta testimonia mentionem fecerunt, constat etiam de minoribus feudis, illa longe Caroli ætate in Francico regno vetustiora esse. Quo pertinet pactum Guntrami & Childeberti regum, atque Chlotarii II. edictum: quas vtriusque formulas paulo supra *in nota litt. e. pag. 204.* proposuimus, & in vtrisque minores vasallos indicari vidimus. Si præterea *pares comitum* sunt eorum vasalli, longe certius constat de minoribus vasallis, qui non modo beneficia a rege, sed & a comitibus atque ducibus concessa habuerint. Ita loquitur Fredegarius *cap. 127.* *Factum est autem, vt Australdus comes, & Galemarius itemque comes, cum PARIBVS eorum ad propria reuenterentur.* Idem *cap. 128.* *Contra Chilpingum comitem Adalardus comes Caualonensis, & Australdus idemque comes, cum PARI-*

PARI-

vt quam amplissimum comitatum datis feudis sibi obligarent. Postquam vero ad vnum apud Francos, fortassis etiam apud Burgundiones, Gothos, Herulosque imperium delatum esset, quædam suadent, solos tum reges aliquandiu omnium feudorum maiorum minorumque fuisse dominos. Qui mos seriori demum ætate incertis tamen temporibus putatur mutatus esse. Quod si est, *Pares comitum* fuerunt eorum commilitones sociique bellicorum seruitiorum, non clientes aut vasalli. (n)

XV.

PARIBVS eorum contra eum venientes, & - - - inter se dimicantes, statim Chilpingus comes, & multi, qui cum eo venerant, ibidem interfecti sunt. Verum de isto vocabulo *Parium* modo statim porro inquiremus.

An Franci-
ci reges soli
feuda de-
derint?

Rationes
negandi.

(n) Proposita est illa ad disquirendum quæstio, an in primo Francico regno soli reges feuda dederint? In coniecturali causa nihil definire licet, sed probabilitatis tantummodo plures partes peruestigare. Proponam, quod negatiuam responsonem videatur postulare, deinde affirmatiuæ rationes afferam. Res neganda videtur, cum ad Germaniæ antiquissimum statum intuebimur, in qua vulgo principibus populi ius erat ex arbitrio feuda clientibus concedendi. Franci autem non mutarunt mores vetustos patrios, sed confirmarunt, & curatius ordinarunt. Quod duplex etiam Fredegarii testimonium de *Paribus comitum* produximus, non videtur incommode ad comitum vasallos adplicari. Denique sane Caroli M. æuo magis manifesta putatur res esse, quod duces comitesque feuda vasallis concesserint. Quo vnica lex Caroli ex *Capit. lib. III. cap. 8.* quam supra laudauimus, pertinet: *De iuramento disponimus, vt nulli alteri per SACRAMENTVM FIDELITAS promit-*

XV.

Quæ de feudis in Francico Merouingis regnanti-*plurimum*
 bus imperio satis prima iam ætate notis hæctenus ex-*Pipino re-*
 Ee posui-*gnante,*

promittatur, nisi nobis & VNICVIQVE PROPRIO SENIORI ad nostram utilitatem & SVI SENIORIS: quæ quam rem euincat, & nomine proprii & sui senioris nemo alius nisi dux aut comes sub rege intelligi queat, vix eger videtur declaratione. Vnde autem negatiuæ sententiæ hoc argumentum accedit, quod statim Carolo regnante moris fuerit, non id censi in Merouidarum regno contra publicas regni militasse consuetudines. Reliquam causæ curatiorem in auctoribus eius temporis æqualibus peruestigationem, quæ fortassis maiorem negatiuæ daret speciem, cogor hac vice relinquere. Qui affirmant, inter Rationes quos Jll. Thomasius de Orig. Feud. num. XV. litt. e. pag. 72. affirmandi. præcipuus est, non minores affirmandi rationes habent. Quomodo, aiunt, duces comitesque feuda dare potuissent de re saltem vsufructuaria, cuius possessio fere pro lubitu a regibus auferebatur? Deinde addit pro eis Thomasius, cuius verba damus; quod nusquam fidelitas legatur data vel ducibus vel comitibus, sed potius, quod fidelitas ab ipsis ducibus & comitibus nomine regis exacta fuerit a populo. Nec, ait porro, ducum aut comitum fideles memorantur. Quod de fidelitate episcopis iurata legatur, commode ostendit id huc ratione varia non posse adduci. Denique, quod de Paribus comitum moueatur dubium, non maius momentum ferre declarat, cum illi non vasallos sed commilitones ista ætate indicauerint; quod & ipso memorante Paschasius Orig. Fr. lib. II. cap. 9. docuerit, & quod addo Cangius in Gloss. voce Pares pag. 151. pluribus exemplis adductis commonstrat. Pro qua ergo sententia, vtriusque rationibus expensis, stabimus? Ex neutra inquam prorsus.

Vc

posuimus, magnum utique testimoniorum ordinem traherent, si propius ad Caroli Magni ævum omnia feudorum vestigia evolvere animus esset. Pipino imperante quasi notum frequentatumque institutum ab historicis memoratur, & in capitularibus definitur. Ipse deinceps Carolus, quæ præcepit de feudis, non legis instar novæ sanxit, sed veteres modo consuetudines moresque confirmavit & adprobavit. Sed fortassis nunc concesserit nobis Franzus, in regno Francico se quidem non posse non clarissime demonstrata ante Carolum Magnum feuda agnoscere. Verum instet nobis, de Germania Italiaque certum se esse de vnicâ lege Caroli, quæ initium dederit in istis regionibus feudorum institutioni. Ut huic autem dubitationi obviam paucis eamus, de Germania dixerim omnem rem esse iam in vado. Ex ipsa Germania utique ut Gothi Herulique feudalia instituta, sic Franci attulisse firmiter creduntur. Argumenti copiose a nobis explicati frustra fuerit repetitionem instituere. Postquam etiam in Francico regno feuda publico usu recepta essent, continuo rursus legimus in Germaniæ prouin-

nec nisi ex veteri consuetudine deprompta imperante demum Carolo M.

Feudalia instituta in Germ. durante Merouidarum regno.

Sententia nostra.

Ut enim negantium rationum quam affirmantium non minorem valentiam agnoscam, nec illas tamen absolute defendam ultra probabilitatem quicquam constituere. Ergo stare nobis, ut egimus, mens est ex sententia dubia mediaque, donec otium fuerit rem curatius examinare. Quin tamen iam Caroli M. ætate, quod etiam antea dubie posueram, a ducibus & comitibus feuda sint concessa vasallis, præcipue illo adducto testimonio curate considerato, reliquaque cum eo comparata historia, non ultra modo dubitabimus.

prouinciis, quæ cum illo regno coniunctæ erant, beneficiaria instituta floruisse. Id leges loqui videntur, quas habemus Boioariorum, Alemannorum, Ripuariorum. Sed dixeris, ergo lege definita in his regionibus feuda: quid alias consuetudines tantum crepasti? Bene vero te monebit ipsum legum proëmium, minime noua præcepta a regibus sancita, sed potius priscos mores atque consuetudines singularum gentium in ipsis & ab ipsis descriptas definitasque regia auctoritate comprobatas, aut etiam transeundo tantum laudatas esse: vnde ista scrupulositas tua inutilis oppido atque frustranea est. (o) An in Germaniæ prouinciis, vti in reliquo Francico regno, feuda a solis regibus, num etiam a ducibus comitibusque ante

Ee 2

Caro-

(o) Egregia argumenta plus iusto stricte pertractamus. Sed cum non possimus dicere, quantum opus est, malumus nihil dicere. In Germania Merouidarum stante imperio regalia stabilita esse, lex Boioaria testatur, quam superiori loco produximus. Quod leges singularum Germaniæ gentium ex ipsarum consuetudinibus fuerint collectæ, proëmium legum testantur. Ipse imo Carolus M. cum emendaret illas leges, noluit gentibus quicquam imperari, quod non ipsarum mores atque consuetudines admitterent. Ita dicunt *Annales Francorum Lambeciani ad an. 202. Imperator Carolus congregauit duces, comites, & reliquos christianos populos cum legislatoribus, & fecit omnes leges in regno suo legi, & TRADI VNICVIQUE HOMINI LEGEM SVAM, & emendare, vbicunque necesse fuit, & emendatam scribere, & vt iudices per scriptum iudicassent.* Quæ adeoque istæ Germanicæ leges vestigia feudorum commemorant, vtique illa ex vetustis moribus atque consuetudinibus oriunda censentur & iudicantur.

Leges
Germ. im-
perantibus
Merouidis
ex consue-
tudinibus
gentium.

Carolus fuerint concessa? id porro non valde curamus. Quantum tamen videtur, ob liberrimam vndique totius formam regiminis non soli regi concessam fuisse puto istam potestatem, sed fortassis etiam cum præsidibus prouinciarum pagorumque communicata. (p) Quod vero dubitanter ponimus, non obest,

Germanici duces atque comites stante Merouidarum regno videntur subfeuda distibuisse.

(p) Quod in superiori quæstione admodum dubitanter sensimus, & argumenti curatiorem perquisitionem maiori otio reseruauimus, idem propemodum nunc statuerim. Malim tamen Germaniæ magis ducibus atque comitibus antiquiorem feuda concedendi potestatem, ac ceteris in ipsa Francia primoribus tribuere, non causa ex simplici. Nexus quo priores Francico regno coniungebantur, laxior longe erat, quam quo reliqui adstricti erant. Quo longinquiores a Francia duces, eo pluribus videntur iuribus instructi fuisse in territoriis: ex quibus non inepte censuerim ius fuisse feuda dispertiendi clientibus. Sane prouocasse ad exemplum Franciæ ducum Germanicos duces, longeque id sibi magis licere existimasse, quod licuerit illis; legimus in Erchanberti fragmento apud Freberum p. 167. *Illis temporibus ac deinceps Gotesfredus dux Alemannorum, ceterique circumquaque duces, noluerunt obtemperare ducibus Francorum, eo quod non potuerunt regibus Morueis seruire, sicut antea soliti fuerant. Ideo SE VNVS- QVISQVE SECVM TENVIT, donec tandem aliquando post mortem Gotesfridi ducis Carlus ceterique principes Francorum paulatim ad se reuocare illos arte qua poterant studere.* De Radolpho Thuringorum duce, postquam rebelasset, & Sigebertum regem profligasset, memorauit Fredegarius cap. LXXXVII. *Radolphus superbia elatus AD MODVM REGIS in Toringia se esse censebat - - - - - cultum*

est, quo minus reliquam causam expeditam habeamus, quod diutissime ante Carolum Magnum feuda probatissima consuetudine Germania seruauerit.

XVI.

Ad Italiam attinet scire, rem esse altioris indaginis, an statim ex Germania beneficiaria instituta Longobardi attulerint, atque in Italiam intulerint, vtrum demum a Francis illa acceperint, & ex lege seruauerint? Hoc recte negauimus, quod quidam Longobardos auctores feudorum feudalisque iuris dixerunt.

Ee 3

De

Dubia
questio,
an Longo-
bardi ipsi
ante Fran-
cos feuda
habuerint,
vtrum ab
istis illa
accepe-
rint?

cultum amicitiae obligabat in verbis, tamen Sigoberti regimen non denegabat. Accedit, quod ortorum in prisca Germania feudorum Germanici optimates praecipue videantur fuisse tenacissimi. Nunc etiam hisce rationibus addit robur Caroli M. lex ex capitularibus *lib. III. cap. 8.* superiori loco citata. Cui adiunctum exemplum Tassilonis plane rem euincere videtur. *Annales Reuberiani ad an. 788. Cum in eadem villa (Carolus) generalem populi sui rex fieri decreuisset conuentum, ac TASSILONEM DVCEM SICVT ET CETEROS VASSOS SVOS in eodem adesse iussisset, atque ille, vt ei fuerat imperatum, ad regis praesentiam peruenisset, crimine laesa maiestatis a Baioariis accusatus est.* In quo testimonio vox *vassi vasallum* mihi eo magis denotare videtur, quod promiscua vocabuli significatio antiquiori vsu recepta fere nunc prorsus cessasset. *Vassos suos* ad Tassilonem non ad regem respicere, colligo ex scriptorum communi vsu vocabuli *suus*; quod ista lege, quam omnes formularum eius aevi periti facile intelligunt, interpretationem nostram commode admittit. Si quae alia porro argumenta, quod non dubito, in scriptoribus pro hac sententia reperiri possint; non iis tamen peruestigandis ultra sufficimus.



De quæstione nostra hæctenus, fateor, dubitanter sentimus & sentimus, vt nihil tamen, vtri demum opinioni accesserimus, Franzianæ sententiæ possit accedere. Quod Germani sunt Longobardi, non parum probabiliter possint credi ex Germania feuda attulisse. Reperere etiam in Italia Gothica beneficia, saltem eorum vestigia: vnde rursus pars quæstionis prior videretur affirmanda. Si omnino Longobardicus doctor veteres illas consuetudines, quas enarravit, de Italia dictas voluit, cum illæ Carolino æuo prorsus sint antiquiores, rursus certum foret, ex Germania diu ante Francicum regnum Longobardos feuda attulisse. Sed alteri quæstionis parti fauet, quod ante Pipinum Carolumque in Longobardicis legibus nulla beneficiorum collatorum, quod minime in probata publica-que consuetudine fieri potuisse videtur, facta sit mentio. Fortassis dixeris, quod multis Germanicis gentibus placuerit, pro summa Germanorum libertate displicuisse Longobardis. Quicquid rei est, nihil potest definiri. Si non habuerunt ante patrio more probata feuda, illa ipsis a Francis continuo imperata, aut horum studio ab ipsis suscepta esse putantur, vt adeoque ante Carolum adhuc vel isto casu potuerint beneficiaria instituta suscepisse. Si habuerunt vero patriis moribus dudum ante Francicum regnum introducta feuda, saltem ista, postquam Francici Germanicique reges rerum potiti sunt, ad indolem arctioris imperii ab ipsis accommodata sunt; quod loco superiori a me copiosius expositum est. (q) Nostra sententia

(q) Rem aliquoties dubitanter propositam nec hoc loco decidere

tentia proposita & contra obiectiones munita, quærimus

cidere audemus. Quæ tamen pro ea sententia, quod ad- *Probabiles*
 huc ante Francos Longobardi videantur feuda habuisse *rationes,*
 reperi plura argumenta, transeundo adicere placet. Re- *quod Lon-*
 perio constanter Pipinum Carolumque in Longobardicis *gobardi*
 legibus prouocare ad id, *sicut a longo tempore fuit consue-* *Francicum*
tudo. Vid. lib. III. tit. 5. §. 1. 2. lib. II. tit. 56. &c. Quod cum *imperium*
 ita sit, & *lib. III. tit. 8. de Beneficiis & terris tributariis gene-* *feuda ha-*
 ratim Carolus quasi de re nota, licet consuetudinis ibi men- *buerint.*
 tionem nullam faciat, legem ferat; nescio annon conie-
 ctura, quod consuetudine penes Longobardos feuda etiam
 fuerint vsu recepta, inde robur aliquod sortiatur. Pipini
 legem *lib. III. tit. 9.* hanc reperi: *Stetit nobis de illis homi-*
nibus liberis Longobardis, ut licentiam habeant se COMMODO-
DANDI ubi voluerint, sicut antea in tempore Longobardorum
consuetudo fuit, in tantum ut suo comiti faciant rationabi-
liter, quod debent. Verbum *commodandi* eiusdem puta-
 uerim potestatis esse, ac alteram vocem *commendandi*, quæ
 in ætate illa utique feudalis est. Cangius in *Glossario* vo-
 cem prorsus prætermittit. Fortassis itaque species feudi
 Soldatæ illa lege repræsentetur. In eodem titulo le-
 ge tertia Pipini hoc mandatum est. *Placuit nobis, ut li-*
beri homines, qui non propter paupertatem, sed ob vitan-
dam reipublicæ salutem, fraudulenter ac ingeniose res suas
ecclesiis delegant, denuo sub censu vtendas recipiunt, ut quis-
que res istas possident, & hostes & reliquas publicas fun-
ctiones faciant. Precarias hac lege intelligi, quas nolit
 lex illa in reipublicæ vertere damnum & incommodum,
 quilibet agnoscit. Quodsi vero precariæ apud Longobar-
 dos vsu fuerunt receptæ, longe aliquis magis opinetur, non
 fuisse Longobardis ante Francicum regnum feuda in-
 cognita. Porro inueni in *libro III. tit. 14.* hanc Rotharis,
 Lon-

mus nunc, qui demum Franzus contrariam stabilire, & Carolum vnicum feudorum auctorem conatus sit demonstrare?

Enarratio
historica
Franzia-
na de Lon-
gobardico
regno e-
iusque per
Carolom
suscepta
destructio-
ne.

XVII.

Rem vtique sibi visus est bellissime profequutus esse. Historiam tradidit longam atque copiosam, vt Romanum imperium diuisum, deinde in occidentis regionibus destructum, posteaque Italia a Longobardis occupata sit. Vt hæc omnia, licet erroribus suis non

Longobardici regis, legem. *Si quis liber homo migrare voluerit aliquo, potestatem habeat intra dominium regni nostri cum fara sua migrare, quocunque voluerit: sic tamen, si iam a rege ei data licentia, & si ei aliquas res dux aut quicumque liber homo DONAVERIT, & cum eo noluerit permanere, vel cum hærede ipsius, res ad DONATOREM vel ad hæredem eius reuertantur.* Non incommode hanc legem aliquis ita interpretetur, vt res donatas, quæ debeant ad donatorem aut hæredem eius redire, beneficia fuisse horumque lege ad dominum reuersa esse existimet. Siquidem alias donatas res ob illam causam reuocari posse, non æque videatur esse æquitatis. Ceterum quas adduximus probabiles rationes cuiusque iudicio submittimus, nec quicquam plane decernentes, deprecamur tamen, ne quis nos putet contradictiones scribere, dum alias negatiuas magis rationes, hoc vero loco affirmatiuas pro quæstione, an Longobardi ante Francicum regnum feuda habuerint, attulerimus. In coniecturalium enim causarum tractatione recte puto varias conquiri & colligi rationes, prætereaque relinquere lectoris iudicio, quas præcipue gustauerit: ingenium tamen etiam magis, quam leue & inconcinnum censuero, si quis agnita maiori reliquarum rationum probabilitate, deserta priori reliquis potius fauerit.

non prorsus careant, plane nihil moremur, propius eum ad initia Carolingici imperii enarranda tendentem sequimur. Non incommode illum Papam fuisse ostendit, qui deserta Græcanica clientela proprio ausu, Romanorumque consensu callide impetrato, in Francicam tutelam transire multo studio laborauerit. Illud tum maxime dicit fieri potuisse, cum consilium flagitantibus Francis Pipinum ex principe regem statuendum persuasisset. Omnia hæc bene & commode. Sed quod Pipinum narrat, *iussu regis sui* in Longobardos mouisse; deinde abdicationis Childerici causam in *moribus versatilis vulgi* peruestigandam esse; Pipinum vero *etsi non ignoraret, quanta religione & fide obstrictus esset suo regi, & quam atrox scelus committeret is, qui maximorum beneficiorum immemor contra maiestatem imperatoris & regis quid moliretur aut auderet, regnandi tamen cupidine occoecatum imperii causa ius violare, in ceteris vero pietatem colere constituisse, adeoque regnum, detruso in sacros carceres rege, occupasse: non possumus ista sine annotatione transire. Sane Pipinus Carolusque Martellus non vltra ii fuere, qui iussa regum exspectarent, sed qui consensu Francorum pro regibus soli imperarent. Nimis in vniuersum Franzus noster, ex communi superioris æui iureconsultorum ingenio, monarchicis simulachris anteoccupatam mentem ad Germaniæ res considerandas attulisse iam in ceteris visus. *Iussio* igitur *regis* æque inepta est Longobardici belli allegata causa, ac altera abdicationis regis, *mores quippe vulgi, odisse presentia, ventura cupere, præterita celebrare soliti.* Vtriusque rei, quæ erat Francici imperii indoles, vere vnica ratio*

habetur vnanimis Francorum principum æque atque vniuersi populi, male vulgi nomine infamati, consensus. Ius erat hoc publicum Francorum, vt cetera regii sanguinis essent obseruantissimi, libertatem tamen reique publicæ salutem ante omnia ponere, huiusque incuriosos ineptosque reges pro liberrimo electionis iure libere atque ex arbitrio destituere. Male itaque incusatus Pipinus tantæ in regem impietatis, qui, vt eius reliquam ambitionem excusare nolim, omni potuit iure regium nomen ex Francorum decreto cum regia potestate, quam hæctenus administrauerat, coniungere. (r) Dum pergit Franzus noster in commemorandis Pontificis maximi dolis, artibus, studiisque aduersus Longobardos, quos demum Pipini armis primum afflictauerit, deindeque per Carolum deiecerit, regnique possessione exuerit; licet omne hoc nimium sit, atque ad propositam rem firmandam minime quicquam faciat, parum tamen auctoris solertiam reprehendimus. Verum rursus notabimus, admodum incommode *Longobardos* vocari *hospites, peregrinos, siue hostes Italia, exosos æque subditis ac sociis, quod*

vi

Franzianorum argumentorum sedes.

(r) Copiose Franzus a pag. 639. ad 646. enarrat fata Romani in occidentis prouinciis imperii, Longobardici regni fortunam, eiusque inimicæ Francicæ potentia incrementa atque cum Papa foedera. Quæ præcipue in Pipinum dicit, vid. pag. 646. 647. Rationes, quibus utique Pipinus regia summa dignitate merito videbatur excusandus, imo & laudandus, suppeditabit *Hist. mea Germ. Vniu. & Pragm. lib. II. cap. 5. totum*, quod res Maiorum domus additis idoneis testimoniis de legitima eorum potestate repræsentat.

vi magis ac fraude, quam iustitia & beneficiis conseruare imperium vellent; quodque beneficiorum distributio alto sopore pressa, feudis in regno Longobardico sub his regibus locum nullum concedere potuerit. Scilicet qui hospites possunt dici hostesque Italia, qui eo tempore, quod Franzus loquitur, ad ducentefimum annum Italiam incoluerant? Subditi dudum ita coniuncti tum erant sanguine moribusque Longobardis, vt quomodo illis hi potuerint vltra exosi esse, minime videam. Rationes, cur in odium incurrerint, cerno illepidas adductas, quod vi ac fraude, quam iustitia & beneficiis conseruare imperium maluerint; quodque feudis locum nullum reges concesserint. Si Papa Longobardos criminatus est, alii sane auctores admodum eorum iustitiam atque æquitatem laudarunt. Hostis de hoste maleuolum iudicium nemo sanus multum fecerit. Sed beneficiorum distributio, alto sopore pressa, feudis locum nullum concessit. Quid inde? Potestne nulla sine feudis ordinatis respublica salua esse? Aut qui vis Longobardos feuda concessisse, dum ante Carolum omnia beneficiaria instituta contendis vbicunque terrarum fuisse ignorata? Ita postulas a Longobardis, iisque non obscure tribuis desertionem veteris instituti, quod tamen in vniuersum tunc omnibus ignotum fuisse, maxime adseuerasti. Tam parum adeoque sibi constare Franzum, dum adhuc in limine probationis hæret, conspicientes, qui, quæso, magnifice de ipsis, quæ deinde propositurus est, sentiamus argumentis? (s)

F f 2

XIIIX.

(s) Quæ sequuntur Franziana iudicia de Longobardis vid. pag. 648. 649.

XIIIX.

*Digressio
de Franzii
historicis
imbellibus
argumen-
tis.*

*Franziana
argumen-
ta pro Ca-
rolo primo
feudorum
conditore.*

Sententiam scribam ingenue sineque vlla malevolentia: quæ enim potest in iureconsultum eruditum, probum, bene meritum, & quod accedit, integro fere abhinc seculo e vivis ereptum, non ingenui modo dicam, sed non plane infani hominis esse malevolentia aut obtrectatio? Si quæ infirma pro defendenda sententia quis attulerit argumenta, ægre ipsi eorum, si quæ potest esse, laude Franzus noster concesserit: tam oratorio modo verbis aures implet, & perpetua historiæ verioris inscitia seductus nihil minus probat, quam Carolum feudorum auctorem esse. Ita fit fierique solet, vt, quoties historiam tentat iureconsultus in ea non exercitatus, vt ceteris veritatibus inueniendis sit aptissimus, continuo tamen erret, illepidasque incurrat in argumentationes. Post reliqua Carolum igitur Franzus ostendit ad Longobardicum regnum destruendum magno se molimine adparasse. Transeo, quod Carolum Longobardicum bellum suscepisse scripserit, postquam Saxones, Vandalos, Boioarios in Germania deuicerit. Has omnes victorias multis annis antecessisse Longobardicum triumphum, constat. Post Longobardos deuictos, testimonio quodam insigni probat Franzus, Romanis etiam parendi arctiorem a Carolo necessitatem impositam, & tum deinde beneficiaria Romanis Italisque instituta sancita esse; *hoc adeoque demum seculo feudorum lucem imperio Italico-Germanico affulsisse.* Quod commode postea contra Rob. Bellarminum defendit, non a Romano Papa imperium occidentis potuisse a Græcis in Carolum trans-

transferri, sed ab hoc virtute meritisque insignibus atque fortuna partum & stabilitum esse: nihil istud ad nostrum negotium pertinet. Sed nunc tam victricis sententiæ suæ certum deprehendimus Franzum, ut audacter omnes, qui ad alias quasuis nationes feudorum originem retulerint, crassissimi erroris coarguat, doceatque, in vno Carolo omnes scriptores eam loqui beneficentiam, quæ sola fuerit feudorum mater atque genitrix; cetera omnia vetustiora monumenta nihil referre *tanta sapientia, virtute atque felicitate statutum, vel in administratione institutum, ut umbram saltem habeat, nedum ut maiestatem feudalium beneficiorum adæquet.* (t) Extremum ceteros ipsos *beatissimos Caroli* Carolino-
manes eum legimus, & hosce eius ore omnes adiu- rum ma-
 rare, ne præter Carolum vlli alii inuentorum feudo- nium euo-
 rum tribuant gloriam. In manium declamatione ra- catio ad
 ra noua, nulla nisi straminea ficulneaque argumenta rationes
 rursus deprehendimus. Manes summo & absoluto Franzia-
 Caroli imperio iure proprio beneficiaria instituta de- na senten-
 beri, varie contendunt. Laudant Saxones, qui ad se- tia red-
 risssimam ætatem in legibus suis Carolum vnicum be- dendas.
 neficiorum auctorem laudauerint. Adscribunt ver-
 futiæ vitioque inuidorum Romanorum, qui a Carolo
 prudenter instituta dolo & arte adscripserint siue soli
consuetudini, siue hostibus vel subditis & seruis; quales
 Franzus Romanos, Longobardos, ipsosque imo ce-

Ff 3

teros

(t) Testimonium, ad quod prouocat Franzus, est Additio-
 natoris Eutropii, illudque late commemorat pag. 652 -
 655. Eius duo iudicia vid. pag. 650. 658. 659.

teros Germanos, Francosque putat, quibus inique gloria feudorum institutorum attributa iam ab eo alibi dicta est. Monent deinde Carolini manes Germaniam nostram, ne *pontificiarum libidinum mancipium facta*, id solum credat, quod Romani Italique affirmant; verum ut potius per Carolinam *fidem longe veriora demonstraturos* audiat, & comparando æquales eius ætatis historias probet. Docent adeoque, Carolum *statum noui imperii ab ipso conditi monarchicum, modum vere gubernandi aristocraticum constituisse* in Italia; regno ibi condito *hoc beneficium idque institutum eius esse, ut maiestate & cerimonia sanctissimis electi aut designati Italia reges etiam hoc seculo Madoetia per Archiepiscopum Mediolanensem corona ferrea redimantur*: (v) porro diuisam ab eo omnem in prouincias Italiam, beneficiaque ordinata, in *ecclesiastica atque ciuilia* distributa, duces, marchiones, comites beneficiis, quæ vere *ligia* fuerint, instructos, prouinciisque, limitibus atque pagis præfectos esse; (x) vnde *feudi* quoque ipsum vocabulum a *præfectis*, quos *Voegte* Germanica lingua adpellet, originem tum temporis traxerit. Manes inde copiosiori sermone iuramentum clientelare, *inuestituram*, quæ per *bastam* siue *vexillum* facta, & vnde hæc *beneficia vexillaria* dicta fuerint; porro primam hanc feudorum naturam persequuntur, qua *ita in Caroli potestate eo tempore constitutum erat, ut quandocunque vel-*

let,

(v) Hactenus pag. 660. 661. Franzus orationem persequitur.

(x) Hæc pag. 662. 663. habentur.

let, posset rem in feudum ab ipso datam auferre. Rursus deinde a facundis manibus enarrantur rationes beneficiarum dignitatum, feudorum diuisiones, omnes ex ipsorum opinione ad Carolinam ætatem & institutionem referendæ, *iudicia fidesque parium*, & quod Longobardis permiffum fuerit, vel Romano iure, vel Longobardicis legibus, vel regni consuetudinibus feudales causas dirimere. (y) *Quid maiorem, instant manes, persuadendi vim habet, feudorum auctorem me, Carolum, totum esse, quam quod de feudo franco reperitur constitutum?* Et deinde pergunt post cetera, *Quod ideo Francum vocatur, quia Francis commilitonibus meis, quorum fideli opera & militari virtute adiutus victoriam & regnum Italiae assequutus sum, id primo tribui, quos a seruitiis futuris propter seruitia prius præstita exoneravi.* (z) Quid quod demum, ne vllam admittant Carolini manes dubitationem, ex Franzi nostri ore incipiunt omnes Carolinas de feudis leges, quibus manifeste putant probari posse, huic vni feudorum institutionem esse acceptam referendam, enarrare. Tumque rursus ad carissimam nimiumque dilectam Germaniam voce magna atque copiosa exclamant, qui fieri potuerit, vt hæc ignorauerit, *quale glaucoma oculis ipsius obiectum, quale fascinum aures & linguam ligauerit, quæ ipsam Circea pocula dementarint, vt veritatem nec videre, nec audire, nec loqui, nec sentire potuerit?* Monent

extre-

(y) Videtis pag. 664. 665. & partim 666.

(z) Pag. 666. hæc de Franco habentur feudo.

extremum, abstergat oculos, soluat linguam & aures, mentemque reuocet, ut veritas tandem emergat, Carolinorum laborum fructus ad Carolum redeant, & pristinum Germanici imperii decus suum splendorem recuperet. Et ita pristina maiestatis nondum oblitum Magni Caroli iratum & indignabundum genium ad umbras suas repedare Franzus iussit. Ipse vero sententiæ suæ, quod putat, optime declaratæ & defensæ certus & securus, postrema oratione soli veritati petit suffragia, & Caroli felicissimorum manium gratam placationem. (a)

XIX.

*Franziana
opinionis
examen.*

Nos in eos minime erimus iniurii aut iniqui, at tamen nec facile credemus, argumenta, si quæ imbellia leuiaque occurrunt, obtentu manium oraculi conciliare sibi vllam auctoritatem. Quam primam opinionis

*Disputatio
Franziana
de ortu &
progressu
feudorum.*

(a) Memorantur Carolinæ leges pag. 667. 668. & extrema adducta verba habet pag. 669. Sequitur deinde in Struuio Franzi *disputatio de feudorum origine & progressu feudi*; in qua eadem fere, & quæ contra consuetudinem & pro Carolo sensit, ingeminantur, nisi quod philosophicis tricis, & nube Romanarum legum producta, rem adhuc obscuriorem reddat. Noua atque idonea argumenta non reperi, quæ alioquin producere non dubitasset. Quod vero historiam feudorum ad recentiora feuda persequitur, cum varia obseruauerimus, quæ cum historia non æque congruunt, ea examinare, & adeoque tractationem nostram facile amplificare possemus; nisi nostri instituti memores in Caroli M. temporibus subsistendum duceremus.

opinionis suæ rationem Franzus affert, insignique confirmat testimonio, nihil morari debemus. Quis dubitat enim, multas beneficiarias leges in vniuersum, adeoque ad Francici regni formulam in Italia etiam victorem Carolum sanxisse? Sed inde nemo probat, primum Carolum feudorum fuisse auctorem. Potius contrarium mihi videntur Carolinæ omnes leges loqui, quæ feudales rationes quasi dudum cognitæ, vetustissimaque consuetudine receptas memorant. Sane in Germania, quam crebra beneficiorum mentio ante Carolum a nobis laudata? Licet in Italia tam manifesta feudorum ante Carolum vsu receptorum vestigia ostendere nequiverimus; & res tamen adhuc minime euicta est, primum in eam Carolum ista instituta inuexisse: & si maxime esset, frustra *imperio Italico-Germanico hoc demum seculo feudorum lux affulsisse*, diceretur, nedum prorsus prima a Carolo feuda inuenta esse. Secundo deinde loco tam confidenter adductum omnium auctorum de feudis ante Carolum silentium, magnæ verioris Germaniæ historiæ ignorantia fidum vtique argumentum est. Non *umbra feudaliū beneficiorum* peruestigare in antiquioribus auctoribus est necesse, cum ipsam eorum *maiestatem* factis ante Carolum in prisca Germania, in primo Francico regno, imo & alibi in Germanicis populis diu deprehenderimus. Addita constans scriptorum consensus in obseruanda Caroli ea beneficentia, quæ feudorum vera solaque genitrix fuerit, hætenus fateor, vt istud inde probari potuerit, a me nondum est obseruata. Quod si aliquem ostenderim regem institu-

Feudales Caroli leges non ipsi primam feudorum inuentionem vindicant.

Consensus auctorum male a Franzo laudatus.

to quodam adprime delectatum esse, profecto eum primum auctorem sine alia ratione illepide dixerim. Henricus Auceps rex equestres ludos, quos Torneamenta vocant, prius instituisse, vulgo fertur, quod iis mirifice fauit. Nunc, postquam exploratum est, Carolingica iam ætate & antea ludos illos fuisse in usu, nemo facile inuenti gloriam illo argumento soli Henrico tribuerit. (b) Manium, quæ deinde agente Franco incipiunt geminari, adiurationes atque obtestationes non nos magis mouent, cum omnes testatissimo facto sint contrariæ. Prouocatio ad Saxonicas leges est oppido illepida atque inconcinna. Nugas scilicet gerrasque esse, quicquid prope historiarum crepant Saxo ille Speculator, ceterique vetustorum iurium Saxonici auctores, iamdudum est manifestum. (c) Quæ porro commoda nancisceretur Italia Romaque, si Caroli institutis feudalia iura abiudicarit? vt tanta arte rem istam moliri conuenerit. Quanta etiam in agendis rebus conciliandaque fide calliditate atque astutia Pontifex maximus semper versari consueuerit,

Inepta
manium
ad Saxo-
nicas ve-
teres ger-
ras prouo-
catio.

Italia Ro-
maque in
neganda
Carolina
origine
feudorum
nulla com-
moda.

Exemplum
equestrium
ludorum.

(b) Quod a Witichindo *lib. I. pag. 640.* & Alberto Stad. *ad an. 934.* Henrici institutioni tribuitur, diserte in Nithardo *Hist. lib. II. fin.* legimus Carolinæ ætati eiusque vsui adscriptum. Quod adeoque equestres ludos Henricus amauit & commendauit, non æque primus inuenit.

(c) Vid. supra *Obs. II. num. V. pag. 77.* vbi pluribus ineptissima illa commenta memorauimus & exposuimus.

rit, non video tamen, quid eum mouere possit, vt in originibus feudorum aliquid contra historiae fidem tentaret. Desinat in rebus aliis Germania pontificiarum libidinum esse *mancipium*: nullam ei profecto notam inuret amica in veritate adserenda vel cum ipso summo pontifice conspiratio. Enarratae deinceps a Carolinis manibus imperii totius in Italia constituti rationes, partim ad rem nihil faciunt, partim in veritatem non leuiter peccant. Quodsi Carolus *monarchicum imperii statum* in Italia stabiliuit, quod ex ipso animo Francorum, qui liberius regibus in occupatis bello ditionibus imperium credere soliti erant, facile concefferim: quid illi cum *aristocratico gubernandi modo* commercii? Iste Italici regni formae non magis conuenit, ac alteri singulari imperio, in quo per gubernatores & magistratus prouinciae, vrbes, vicique reguntur. Carolinum esse beneficium, vt reges nostri Modetiae Italici regni dignitati inaugurentur, plane nego. Nisi Otto noster Germaniae regnum Italiae adquisiuisset, Carolina saltem iura nihil nobis dederint. (d) Male etiam Franzus hodierna adhuc aetate Modetiae reges nostros inauguratos esse statuit: namque ante Franzum in illa vrbe inaugurari dudum reges nostri desierant, & spes oppido tum pauca erat,

Italiae diuisio Romanus-que status a Carolo ordinatus nihil ad rem.

Romanum Italiaeque imperium non nobis a Carolo acquisitum.

Gg 2

vt

(d) Vid. res clarissime demonstrata in *Hist. Germ. Vniu. & Pragm. T. 1. lib. 3. cap. 2. num. 14. pag. 206. lib. 4. cap. 4. num. 15. cap. 8. num. 2. pag. 307. 339.*

vt vnquam Italicum diadema quisquam imperatorum nostrorum peteret. (e)

XX.

*Diuisiones
& solen-
nia feudo-
rum non
Carolin-
gice etatis
propria.*

Diuisiones beneficiorum varias omnesque Caroli constitutioni plane acceptas esse referendas, difficiliter cuiquam Carolini manes persuaferint. Saltem ligia feuda, si omnino res ipsa fuerit, seriori ætate demum nomen inuenerunt. Ecclesiastica feuda, quæ præcipue vocantur, Caroli ætate, qua nondum moris esset, integras ditiones ecclesiis donare, aut ignorata sunt prorsus, aut rariora fuerunt, quam quibus singulare nomen & singularis diuisio conueniret. Inuestituræ per vexilla nulla in illo æuo deprehendi vestigia. Licet enim regna per hastam aut enssem tradere Germanis solenne fuisse sciam, nolo tamen modos regna transferendi ad reliquarum dignitatum inaugurationem sine teste trahere. (f) Vocabuli *Feudi* noua expli-

*Italici dia-
dematis
nullus vl-
tra usus.*

(e) Vltimus regum Sigismundus Italicum diadema Mediolani sumsit. Fridericus & Carolus Cæsares Austriaci alter Romæ, hic Bononiæ Romanum Italicumque diadema simul a Pontifice Maximo accepit. Quam etiam ipsa iam Franzi ætate spes ultra nulla apparuerit in Italiam diadematis causa ducendi; nemini historiarum vel leuiter perito potest esse incognitum.

(f) Egregiorum feudalium solennium origo negatur tantum-

explicatio admodum est inconcinna. Ob feudum ac- *Feudi ety-*
 ceptum munere quodam siue civili siue militari, quod *mologia*
 non vero semper præfectura erat, functi sunt vasalli; *inconcin-*
 non ipsum officium, si vel præfectura esset, fuit feu- *na.*
 dum aut beneficium. Quod prima feudorum ætas,
 in qua plane ex arbitrio regis dominique dabantur
 adimebanturque feuda, Carolinis temporibus tribui-
 tur; si euictum foret, magnum pro Franzis sententia,
 nec tamen inuictum esset argumentum. Posteaquam
 vero constat, illos primos mores Caroli ævo exole-
 uisse, nec sine grauisima causa aliquem feudis mul-
 ctatum esse; idem illud argumentum plane contra
 Franzum vertitur. *Franci feudi* adductam mentio- *Francum*
 nem præcipue absouam esse, quilibet iudicauerit. Si *feudum*
 libuisset, ad Francos auctores ex sono nominis illud *longe & re*
 feudum cum quadam licet debili ratione fortassis re- *& nomine*
 tulisses. Quod vero Carolo illud auctori tribuis, pla- *Carolo M.*
 ne rationis vestigium nullum ostendis. Francorum *recentius.*
 feudorum nomen multis seculis Carolo recentius est.
 Qui illud Carolo adiudicaueris, cum nec rei nec vo-
 cabuli notitia eius ætati sit congrua? (g) Quid esset
 Gg 3 præterea

tummodo in Carolina cadere tempora. Quæ vero fuerit? *Solennia*
 ex negatiuæ eius commemorationis instituto nostro, mini- *feudalia*
 me hoc loco quisquam a nobis recte postulauerit. Nobi- *non huius*
 les etiam materiæ partim ab aliis pertractatæ, partim alio- *loci.*
 rum curis atque singularibus operis præstolantur.

(g) Lege testimonia de Francis siue Francalibus feudis a
 Cangio

*Carolus
M. feudo-
rum pa-
tronus &
protector.*

Epilogus.

præterea rei euictum, si prorsus docuisset Franzus, omnia illa pluraque nomina institutaque Carolum auctorem agnoscere? An quisquam argumenta hæc plus ultra protendere posset, nisi vt declaretur, Caroli sapientia vetustissimas beneficiarias consuetudines magis excultas, magisque ad Germaniæ aut Italiæ etiam statum attemperatas esse? Id, licet continuos errores Franziana rationum commemoratio comprehendat, non ingratis tamen largiemur Franzo nostro, laudemque prudentissimi regiminis hac etiam in causa Magno Carolo minime denegabimus. Hoc animo leges Carolinas a Franzo enarratas lubenter agnoscimus, & fatemur, vetus ipsi patriæ institutum adprime placuisse & probatum esse. Ceterum frustra incensum hunc a Franzo euocati Carolini manes condonabunt nobis, quod tam imbecillis rationibus instructæ eorum orationi minime assurgamus, assensuque nostro, quod Franzus postulat, iram atque offensionem eorum placemus. Damus dabimusque semper palmam veritati, siue stupidissimus quisque, siue summum ingenium eam protulerit & declarauerit. Contra errationem agnitam erroris continuo insimulabimus, quisquis demum illustri nomine suo aut insignibus meritis ei conciliauerit auctoritatem. Nemo igitur nobis det vitio, egregii iureconsulti, Franzii, dudum beati, opiniones ex instituto nos modeste expendisse,

*Feuda
Franca se-
rioris æta-
tis.*

Cangio in Gloss. his voc. producta; & facile constabit, Carolinis temporibus cum feudis hisce nihil esse commercii.

pendisse, &, quod sententiæ probatiori essent aduersariae, rationes earum examinasse, examineque hætenus transacto eas nos non simplicis erroris arguere, conuincere atque reprobare. Sint cara Vitebergæ nostræ eruditi quondam & clarissimi professoris merita, sit fama eius Leucoreæ nostræ commendatissima; vt ingrati tamen maleuolique animi nullam notam mereamur, qui præiudicio doctrinæ famæque munitam eius errationem & hallucinationem ingenue indicauimus atque eliminandam censuimus.



B. L.

INDEX

B. L.

QVod visum erat, tres has quas accipis
Observationes Historico-Feudales, aliis
pluribus, præsertim illa, quam in me recepe-
ram *Obs. II. pag. 142. De Præiudicio prin-
cipum imperii ex abusu Longobardici &
provincialis iuris*, augere: per angustiam
temporis, variasque alias causas interruptum,
nouamque dilatum est in occasionem, qua for-
tassis institutum hoc nostrum, si illud
eruditis probatum fuerit, con-
tinuabimus.

INDEX



INDEX I.

AVCTORVM ET MONVMENTORVM.

A.

Adelboldus de singularibus prouinciarum formulis testatur Obs. II.

pag. 73

Adelmi testimonium de primis feudis Francicis regalibus III. 215

de Afflictis *Matth.* de feudis non ex consuet. III. 182. 184

Aimonijs testatur de feudis primis Francicis III. 211. sq.

Alberti *Stadensis* testimonium III. 234

Alteserra *Ant. Dad.* docet constitutionem feudorum in Francis I. 38

probat, fideles, Leudes, vassos &c. vassallos repræsentare III. 210

Antonini *Philosophi* effatum

de liberalitate III. 173

Appiani sententia de contentione legis & consuetudinis III. 157

Arnoldus *Lubecensis* testatur de singularibus prouinciarum formulis II. 74
de statu Ecclesiasticorum feudorum succedentium II. 105

B.

Baluzius exhibet testimonium de primis feudorum moribus exoletis III. 204

de Beneficiis vetus liber laudatur ob instituta Germanica II. 61. 62

citatur in Episcoporum & Prælatorum facultate feuda constituendi II. 100

Hh

Beyerus

I N D E X I.

- Beyerus *Geo.* laudatur de studio Germ. iurium I. 8
- Bignonius probat, fideles, leudes, vassos & vassallos repræsentare III. 210
- Boehmerus *Iust. Henn.* citatur de communi Dd. asserto, quod Ecclesiastica feuda præsumantur esse oblata II. 101. sq. in disquisitione decreti Urbani II. 104
- Boioariæ legis testimonium de feudis primis Franciscis regalibus III. 214. sq.
- Bruno obseruantiam familiæ principis in electione adscribit consuetudini § 17. III. 163
- Burgoldensis negat proprium ius feudale in regalibus feudis obtinere II. 139
- Burgundiorum lex de feudis vindicata I. 36. 37. III. 214
- Buxtorffius notatur cum aliis, qui archiofficia Bambergensibus feudis annumerarunt II. 99
- C.**
- Capitularia Caroli M. contra licentiam veniendi ad malla III. 168. sq.
- Capitularia Car. & Lud. P. probant certa feudorum iura minimum a Carolingorum ætate inter nos constituta II. 59
- Capitulatio Leopoldi & Iosephi citatur ratione iuris imperatorii in Landfassica principum feuda II. 124. 133
- Cassiodorus testatur de feudis in Gothis II. 81. III. 209
- Cicero. effatum de consilio de republica I. 10 de consuetudinis iure I. 11 ei. elogium eloquentiæ II. 49. 50 de speciebus consuetudinis variis III. 158 de iuramento III. 175 de societate & communicatione vtilitatum III. 187. sq. de consuetudinis vi in mouendis vitiis III. 197
- Cocce-

Cocceius *Henr.* de feudis
 Fuldensibus II. 118
 Cointius probat, fideles,
 leudes & vassos &c. va-
 fallos repræsentare III. 219
 Conringius *Herm.* de fru-
 ctu Antiquitatis Germ.
 I. 6. 7
 de singulari feudi vin-
 culo II. 138
 Cragius *Thom.* de primis
 feudorum incunabulis
 I. 20. 21. 22
 illepida coniectura de
 seruis ex lusu vasal-
 lis factis I. 22
 rationes pro origine
 feud, Boreali II. 85.
 sqq.
 ei. interpretatio feu-
 di ligii II. 126
 de feudi definitione
 III. 169
 Cuiacius de etymo vasalli
 I. 33
 Curtius *Fr.* de iure impe-
 ratoris in Landsassica
 principum feuda
 II. 124
 quam feudi definitio-
 nem probet? III. 169

D.

Ditmarus *Merseburgens.* de
 electione Henrici II. I. 15
 de singularibus pro-
 uinciarum formulis
 II. 73

E.

Europæischer Herold de
 Majest. Sigillo Sax. II. 136

F.

Fabricius *Georg.* de Erico
 Lauenb. in graui con-
 tentione de Saxonix e-
 lectoratu reiecto II. 75
 Formulæ Alemannicæ de
 multis prædiorum ter-
 rarumque ecclesiis factis
 oblationibus II. 102
 Fornerius *Guil.* interpreta-
 tio feudi ligii II. 126
 Franzus *Tb.* negat originem
 feudorum ex consuetu-
 dine I. 13. II. 58
 de Carolo M. primo
 feudorum inuento-
 re II. 84. sq.
 late refutatur in tota
 Obs. III. 149. sequ.
 Freherus in Erchanberti
 fragmento de Germani-
 Hh 2 cis

- cis ducibus sub Mero-
 uingis III. 220
- du Fresne Cangius* de voce
 Feudum I. 12
- Ligius II. 127
- Pares III. 217
- Fredegarius de paribus co-
 mitum III. 215. sq.
- Fuldenses Annales de Vie-
 rodunensi diuisione I. 16
- Traditiones probant,
 multas prædiorum
 terrarumque eccle-
 siis factas esse obla-
 tiones II. 102
- G.**
- Gastelius de singulari feu-
 dorum vinculo II. 138
- Gellius de consuetudine III. 155
- Germaniæ principis auctor
 citatur de Maiest. Sigil-
 lo Saxonico II. 136
- Gobelinus Persona de statu
 ecclesiasticorum feudo-
 rum II. 106
- Goldastus exhibet decre-
 tum Sigismundi contra
 peregrina iura maxime
 feudalia II. 63. sq.
- Gotfridus *Monachus S. Pan-
 thaleonis Colon.* exhibet
 iuramentum, quo Otto
 IV. principes obstrinxit
 contra peregrina iura II. 63
- Gregorius *Taron.* de Fran-
 corum regimine in Gal-
 los II. 79
- de pacto inter Gun-
 tramum & Childe-
 bertum reges inito
 III. 202
- de primis feudis Fran-
 cicis III. 212
- Gribnerus *Mich. Henr.* de
 Mai. sigillo Saxon. II. 136
- de præiud. principum ex
 abusu Iustin. iuris II. 142
- Grotius *Hugo* sententia de
 voce vasalli I. 33
- de vniuersalium de-
 riuatione a singu-
 lis III. 194
- Gundlingius *Nic. Hier.* de
 iure successionis in Me-
 rouingis & Carolingis
 consideratur I. 14. sq.
- subscribit Schilteria-
 næ sententiæ de i-
 nitiis feudorum I. 24
- de Romanis feudorum
 originibus confide-
 ratur II. 39. seq.
- de feudis oblatis lau-
 datur II. 96
- Gund-

- Gundlingius negat consuetudines solas sine legibus in republica valere posse III. 160
- Gyllenstolpius feudorum originem Scandinaviæ male asserit II. 89
- H.
- Hachenbergius *Paulus* reprobatur opinionem Spelmani de primis feudorum incunabulis I. 20
- Hatto obseruantiam familiaris principis in electione adscribit consuetudini I. 14. III. 163
- Heigius *Petrus* Longobardis feudorum origines tribuit II. 82
- Antagonista Franzianæ doctrinæ de feudis III. 153
- Helmoldus de statu Ecclesiæ feudorum II. 104
- de potestate summa principum II. 135
- Hertius *Job. Nic.* definit feudum oblatum II. 94
- confutat opinionem de feudis oblati sub Contr. I. II. 95
- Hildesheimense chronicon de statu ecclesiæ feudorum II. 106
- Hotomannus, de Henrico Episc. Spirensi II. 108
- Horatii sententia de virtute II. 148
- Hornius *Casp. Henr.* primordia Feudorum in vniuersum Germaniæ adscribit II. 82
- I.
- Itterus *Job. Guilb.* de indole singulari feudorum imperii II. 72
- confutat opinionem de feudis oblati II. 95
- de iure imperatori circa feuda maiora competenti II. 125
- reiicit sententiam Thomæ Michaelis de feudis ligiis II. 134
- notatur in quæstione, an vt, aut quatenus receptum Longobardicum ius in imperii regalibus feudis valeat? II. 141
- Julianus de vi consuetudinis Hh 3

- nis contra leges & consuetudines III. 159
- Ius feud. Sax. & Alem. de episcoporum & prælatorum facultate feuda constituendi II. 100
- Iustinianus de rerum vicissitudinibus II. 55
- K.**
- Klockius de sententia *Tb. Michaelis* II. 134
- Kœhnius quod nullum ius feudale in regalibus obtineat II. 139
- Kressius *Iob. Paul. Thummermutii* editor II. 65
- de decreto Urbani II. 104
- exhibet testimonia de ecclesiæ feudis II. 108
- Kulpifius *Iob. Geo.* patria iura excoluit I. 8
- L.**
- Lambeciani Annales Francorum de legibus Germ. ex vetustis moribus atque consuetudinibus III. 219
- Lampridius *Æl.* in feudorum originibus vulgo citatus I. 40
- Leibnizius *Gotf. Guilb.* de consuetudine circa electionis iura III. 194
- exhibet decretum circa electionis iura III. 196
- Leuckfeldus exhibet querelam Gandersheimensium lamentabilem ad Paschalem II. directam II. 108
- Limnæus *Iob.* de elect. vrbibus in feudum Bamberg. ecclesiæ oblatis II. 99
- de iure Long. in imperio non recepto II. 138
- Loccenius *Iob.* feudorum originem Scandinaviæ asserit II. 89
- Londorpius de literis investituræ, quæ docent Hassiæ Landgraffium Ludov. ligia clientela obstrinxisse Waldeccensem comitem II. 133
- Longobardica lex an feuda prorsus ignoret? III. 223
- Ludwig *Iob. Pet.* de insolentia vasallorum minorum ex diplom. II. 71
- Ludvvig

Ludvvig promissa de feuda-
 libus institutis II. 76
 sectator Monzamba-
 ni II. 95
 Lynckerus *Nic. Christ.* de
 singularibus iuribus tu-
 telæ Sax. Elect. II. 136

M.

Meibomius *Henr.* de Otto-
 nis IV. & principum iu-
 ramentis contra pere-
 grina iura II. 63
 de feudis imperii fa-
 ctis allodiis refuta-
 tur II. 139. 140
 Merillius *Edmund.* conie-
 ctura de possessionibus
 iam a Caracallæ ætate
 trans Rhenum militibus
 concessis rejicitur I. 41
 Merckelbachius male ar-
 chi-officia Bambergens.
 Feudis annumeravit II. 99
 Michaelis *Thom.* sent. de
 feudis ligiis II. 134
 Mincuccius *Ant. de Prato*
Veteri totus Longobar-
 dicus auctor II. 62
 Molinæus *Car.* quid sit *ligi-*
um feudum? II. 126
 quam feudi defini-

tionem præbeat ?
 III. 169

Monzambanus *Seuer.* refu-
 tatur ob sent. de oblatis
 feudis II. 95
 de solo inæquali fœ-
 dere in imperio
 II. 140

Mullerus *Iob. Ioach.* de reie-
 ctione Erici Lauenburg.
 in electoratu Sax. II. 75

Mutius *Henr.* de Longobar-
 dis feudalium iurium
 auctoribus II. 83

N.

Niger *Gerh.* an collector
 iuris feudalis Longobar-
 dici fuerit ? II. 16

Nithardus de ludis Equestr.
 III. 234

O.

de Orto *Obertus* an colle-
 ctor iuris feudalis Lon-
 gobardici fuerit ? II. 61

Otto *de S. Blasio* refert for-
 mulam Italiæ II. 67. sq.
 ostendit singulares
 prouinciarum Germ.
 formulas II. 74

Otto *Frising.* refert statum
 Italiæ II. 67
 Otto

Otto testatur de feudis imperii maioribus non ligiis II. 129

P.

Pancirollus *Guid.* de deperditis & recens inuentis II. 55
de feudalibus iuribus a Longobardis ortis II. 83

Paulus *Bernriedensis* de Forchhemensi electione Rudolphi I. 17

Paulus *ICtus* de possessionibus militibus veteranis assignatis I. 40. 41

Persius egregie monet de vita instituenda II. 147

Procopius de feudis a Germanorum migrationibus perfectioribus stabilitis I. 36. III. 209

Propertii sententia quædam I. 53

Pufendorfius *Sam.* diu sub nomine Monzambani latuit II. 140

R.

Radeuicus de feudis a victoribus demum Fran-

cis in Italia introductis II. 60. 61

de Italia formula & Longob. Iurium natura II. 67. seq.

exhibet sententiam Friderici I. Imp. de legibus & iuribus imperii III. 187

Frid. I. effatum de æqualitate iurium Germaniæ status III. 191

Rebuffius quam feudi definitionem probet? III. 169

Reinkingius reiicitur archiofficia feudis Bambergensibus annumerans II. 99

Relfendo an imperii feuda vera sint feuda? II. 139

Rhodus *Iob.* queritur novam feudorum naturam in ditionem Bremens. introductam II. 120. 121

S.

Schardius *Sim.* collector primorum antiquitatis Germ. scriptorum I. 6

Schilterus *Iob.* patriorum iurium solers indagator I. 8

Schil-

- Schilterus contra Struuium
ratione originum feuda-
lium sensit I. 24
eius contraria senten-
tia refutatur I. 26
Borealis feudorum o-
riginis patronus II. 85
cum communi Dd.
sententia facit, quod
ecclesiastica feuda
præsumantur oblata
esse II. 101. sq.
eius assertio præsum-
tionis pro oblatis
feudis reiicitur II. 109
- Schuzius *Iust. Sin.* feloni-
am ordinum nostrorum
ex communibus regulis
æstimandam censuit II. 125
- Semeca de decimis in feudis
II. 107
- Seneca de eo, quod libera-
litas legibus non coga-
tur III. 170
- Sigebertus *Gembl.* de ele-
ctione Henrici II. & Ot-
tonis III. I. 15
- Sixtinus feloniam ordinum
nostrorum ex commu-
nibus regulis æstiman-
dam censuit II. 125
- Speculatoris Sax. & Glossat.
nugæ historicæ II. 77. 84
- Spelmannus de primis feu-
dorum incunabulis I. 20. 21
- Spener *Iac. Carol.* ex Noti-
tia Germ. ant. de no-
mine Barbarorum Ger-
manis glorioso I. 4
ex Historia Germ. Vniu.
de iuribus successio-
num principum sin-
gularibus II. 136
ex Hist. Germ. vniu.
& pragm. de Germ.
ciuili statu semper
irregulari III. 189
de Electoralium iu-
rium lentis dubiis-
que ortibus III. 193
- Sprengerus *Theod.* archiof-
ficia in Bambergensi-
bus feudis habuit II. 99
- Stiernhockius &
Stirnhielmus Suecicæ Scan-
dinaviæ originem feudo-
rum adscribunt II. 89
- Struuius *Geo. Ad.* editor O-
rationis Franzianæ I. 12. III. 152
de primis feudorum
originibus laudatur
I. 23. 39. II. 82

<p>Struuius vindicatur I. 24. seq.</p> <p>Struuius <i>Burc. Gotb.</i> de factis Germanicorum Romanorumque iurium II. 57</p> <p>Strykius <i>Sam.</i> de feudorum naturalibus - I. 29</p> <p style="padding-left: 2em;">de definitione Ducum, Marchionum, Comitum, Capitaneorum II. 123. sq.</p> <p style="padding-left: 2em;">de feudis ligiis & non ligiis imperii II. 128</p> <p style="text-align: center; font-size: 2em; margin: 20px 0;">T.</p> <p>Taboris <i>Iob. Ott.</i> absurdum iudicium de Germanicis iuribus I. 8</p> <p>Tacitus <i>Corn.</i> de electione regum Germanicorum I. 18</p> <p style="padding-left: 2em;">de primis feudorum vestigiis I. 27</p> <p style="padding-left: 2em;">de libertatis Germanico amore I. 43. III. 177</p> <p style="padding-left: 2em;">de rerum vicissitudine II. 55</p> <p style="padding-left: 2em;">de agris iam in prisca Germ. fortassis feudo datis II. 80</p>	<p>Tacitus de origine feudorum Boreali II. 86. sq.</p> <p style="padding-left: 2em;">de affectu Germ. in foeminas II. 112. 115</p> <p style="padding-left: 2em;">videtur probare, quod solæ consuetudines loco legum esse possint III. 160</p> <p style="padding-left: 2em;">de morum & consuetudinarii iuris maxima in Germ. Ant. autoritate III. 161</p> <p style="padding-left: 2em;">de perpetua in Germanis regii generis obseruantia III. 162</p> <p style="padding-left: 2em;">de consuetudinis vi in priuatis causis III. 163. 164</p> <p style="padding-left: 2em;">de consuetudinario iure suffragiorum III. 165</p> <p style="padding-left: 2em;">de prohibitoria & permittente consuetudine in Germ. Ant. III. 167</p> <p style="padding-left: 2em;">memorat consuetudinem publicæ legi obstare III. 168</p> <p style="padding-left: 2em;">de usufructu, qui originem feudorum dedit III. 173</p> <p style="text-align: right;">Tacitus</p>
--	---

Tacitus de consuetudine
 multas leges abolente
 III. 189
 de consuetudinis vi
 in mouendis virtu-
 tibus III. 197. seq.
 obseruat armorum
 exercitationem ex
 consuetudine esse
 III. 198
 Terentius de rerum vicis-
 situdine II. 55
 de ætate rerum ma-
 gistra II. 122
 Textor feuda imperii ma-
 iora declarat iure pro-
 prio feudali non ceneri
 II. 139
 Thomasius *Christ.* de utili-
 tate Romanarum Anti-
 quitatum I. 8
 de prima reipublicæ
 origine inuestiganda
 I. 9
 de feudis tempore
 Taciti Germanis non
 cognitis I. 24. 25
 adducitur contrarius,
 quod lex Burgundio-
 num ad feudalia in-

stituta non sit refe-
 renda I. 37
 de causis productorum
 in Francico Imp. feu-
 dorum I. 42. seq. II.
 88
 laudatur ob commen-
 tationem in librum
 veterem de Bene-
 ficiis II. 62
 egregie refutat por-
 tentosam opinio-
 nem Monzambani
 de oblatis feudis sub
 Contr. I. II. 96
 an temporibus anti-
 quisimis feuda fœ-
 minina fuerint? II. 114
 refutat eos, qui dicunt
 Fideles, Leudes, Vas-
 sos &c. semper va-
 sallos repræsentare
 III. 210. seq.
 de testimonio Aimoi-
 ni de primis feudis
 Francicis III. 212
 agnoscit testimonia
 Gregorii Turonen-
 sis de feudorum ve-
 stigiis III. ibid.
 Ii 2 Thoma-


INDEX I. AVCTORVM ET MONVMENTORVM.

- Thomafius affirmat Franc.
Reges solos feuda va-
fallis concessiffe III. 217
- Thummermutius *Wern.*
contra peregrina iura
II. 64
censet ex variis obla-
tionibus noua feuda
ecclesiæ fuisse con-
stituta II. 101
- Titius *Gott. Gerb.* de obser-
uantia imperii III. 156
ostendit, nostram
imperii formulam
dudum in medio
quodammodo mo-
narchiæ atque libe-
rarum ciuitatum sy-
stematis stare coepisse
III. 191
- Trier *Iob. Wolfg.* de Germa-
nia in milites feudi no-
mine diuisa II. 79
- rici regis, de Romano-
rum institutis I. 39
- Vlpiani sententia de iure ex
consuetudine æque ac
ex lege III. 156
- VV.
- Warnefridus *Paul.* testimo-
nium edit de Autharis
regis electione II. 83
- Wipponis testimonium de
formulis singularibus
prouinciarum Ger-
maniæ II. 73
insignis locus e-
iusdemque explicatio
idonea de subfeudis
Imp. II. 131
- Witichindus de Henr. I.
bello in Hung. II. 129
de equestribus ludis III. 234
- Z.

V.
Valesius *Hadrianus* profert
testimonium Theodo-

Zasius *Vdalr.* quam feudi
definitionem præbeat?
III. 169

INDEX



INDEX II. PRAECIPVARVM RERVM.

A.

- A**equipollentis rei in feudis
æstimatio Obs. III. p. 172
- A**estimatio rerum cur non re-
cte instituatur? I. 3
- A**gri iam in prisca Germania
fortassis feudo dati II. 80
- A**mor peregrinitatis taxatur
I. 4
- A**niquitas non recte æstimatur
I. 3
- G**ermanica eius fata I. 3. sqq.
& Romana in contemptu,
vnde? I. 5
- E**ius primi vindices I. 5. 6
- E**ius commoda insignia
demum nunc explo-
ratoria I. 7
- R**omana - Græcaue reliquis
præolata fuit I. 3
- E**iusdem cura fobria
commendabilis I. 3
- A**rchi-officia absurde in Bam-
bergensibus feudis habita
II. 99

- A**rmorum exercitatio ex con-
suetudine III. 198
- A**uctorum silentium de feudis
ante Carolum male a Franzo
adducitur III. 233

B.

- B**arbari, quos Romani appel-
lauerint? I. 4
- E**orum nomen Germa-
nis gloriosum ibid.
- A** criticis inepte ad infamandam Germaniæ an-
tiquitatem adhibetur I. 4
- B**ambergensia electorum feuda
an data, vtrum oblata? II.
97. 98
- B**eneficiaria instituta promo-
uent salutem publicam III. 187
- L**iberalitas est conditiona-
lis III. 173
- B**eneficiarium ius recte consue-
tudinarium dicitur III. 177. sq.
- B**eneficii an feudi vocabuli vsus
præferendus? I. 12
- B**ene-

I N D E X II.

- Beneficium idem est ac feudum I. 12
- Borealis originis feudorum auctores II. 85
- Bremensis ditio incusata nouæ feudorum naturæ admissæ II. 121
- Burgundiones prima migratione feuda stabiliuerunt I. 36
- C.**
- Capitaneorum vox inepte in principes Germaniæ quadrat II. 124
- Carolinorum manium euocatio ad rationes Franzianæ sententiæ reddendas III. 229
- Carolus M. cur non vnicus feudorum auctor iurisque feudalis conditor pronuncian-
dus? III. 152
- feudorum patronus & protector III. 238
- ei prima feudorum institutio incommode tribuitur II. 83. sq. III. 228
- non Saxonici feudalis iuris auctor, nec Saxoniam in milites diuisit II. 77. 79. 84.
- Feuda imperii regalia non instituit II. 90
- eius feudales leges non primam ipsi feudorum inuentionem vindicant III. 233
- Chimæra feudalis oblata sub
Conr. I. ducum feuda II. 92.
94. seq.
- Clodouæus primus feudorum auctor non censetur I. 42
- Comites Francici an feuda vassallis concesserint? III. 216. seqq.
- Germani, stante Merouidarum regno, videntur subfeuda distribuisse III. 220. sqq.
- Germaniæ antiquæ varii generis I. 33
- quando vassalli dicti fuerint? ibid.
- Consectaria nefaria doctrinæ Franzianæ III. 153
- Consuetudo, eius initia primum exploranda I. 11
- iuris feudalis mater II. 58.
III. 154
- generalis oblationis feudorum ecclesiæ allegata, cuius valoris? II. 111
- eius natura & indoles III. 154
- communes definitiones ibid.
- in ea tacita conuentio ibid.
- eius differentia a iure scripto & cum hoc in nonnullis conuenientia III. 156
- Consue-

Consuetudo scripta, lex non scripta potest esse	ibid.	nientia potiores rationes collectae	III. 174
ex ea ius aequae ac ex lege	ibid.	eius cum feudo nexus declaratur	III. 187
eiusdem & legis contentio	III. 157	finis & effectus salus publica	ibid.
variae species	III. 158	in omnibus rerum publicarum formis vis & efficacia	III. 188
vis contra leges & consuetudines	III. 159	vis & efficacia in Germaniae quouis statu	III. 189
sola in multis negotiis, non sola in vniuersae reipublicae gubernatione	III. 160. seq.	in ipsis monarchiis	ibid.
eius effectus in successione regis per iura electionis satis stabilita	III. 162	ponit tacitam voluntatem principis imo & populi	III. 190
eius vis in priuatis causis	III. 163	eius occulti lentique ortus facile cum originibus feudorum conciliantur	III. 193
in regis successione valde tenax & iudicio contradicta quodammodo firmata	III. 166	eius singularitas atque feudorum vniuersitas male sibi inuicem opposita	III. 194
prohibitoria & permit- tens quid?	III. 167	eius officium	III. 195
harum exempla in Germania antiqua	ibid.	prorsus feudorum constitutioni non repugnat	ibid.
eius & feudorum conuenientia	III. 168	ex ea certa electorum iura procreata	III. 196
eius vis in mouenda beneficentia atque praestanda fide feudorum originem dedit	III. 170. sq.	eius vis in mouendis vitiis & virtutibus	III. 196
eius & feudorum conuenientia		Consuetudines feudales vbi primum scriptae?	II. 61
			Con-

- Consuetudines singularum regionum in proprietate & improprietate feudorum æstimanda respiciendæ II. 120. sq. licet non vnicum, maximum tamen ius in Germania antiqua dederunt III. 162
 earum maior vis in Germania antiqua quam alibi III. 164
 varias iuris species repræsentant III. 167
 in ipsis legibus multum valuerunt ibid.
 leges vincentes in Germania antiqua ibid.
- Consuetudinarium ius an sine legibus persistere vnquam possit? III. 159
 eiusdem maxima in Germania antiqua auctoritas III. 161
- Conuentio tacita in consuetudine III. 154
- D.**
- Diadematis Italici nullus vltra vsus III. 236
- Disciplinarum & doctrinarum omnium magnæ vicissitudines II. 55. sqq.
- Diuisiones feudorum non Caroling. ætati propriæ III. 236
- Dominium directum & vtile ex vsufructu originem traxit III. 173
- Duces Comitesque Francici an feuda vasallis concesserint? III. 216
 Germanici stante Merouidarum regno subfeuda videntur distribuisse III. 220. sq.
 eorum feuda oblata sub Conrado I. Chimæra feudalis II. 92
- E.**
- Ecclesiastica feuda perperam oblatis generatim accensita II. 100. 103. sq.
 de eorum oblationibus præsumendis communis sententia II. 103. sq.
 contraria sententia II. 104. 105. seq.
 de eorum statu testimonia II. 104. seq.
- Electio regum ac principum Germanicorum a prima nostræ reipublicæ origine obtinuit I. 13
 in vicem certi iuris ante Henricum IV. non abiit I. 14. sq. 17
 prima de ea lex scripta I. 17
 cum ea ad priscam consuetudinem respectum est I. 18
- Electio

- Electio, eius ius an ex consuetudine, vtrum ex decreto populi constitutum sit? III. 162
 exemplum tribuit consuetudinis leges mutantis III. 167
 legi aut iuri expresso attribuitur ibid.
 in ea regii generis obseruantia soli consuetudinis iuri tribuenda III. 168
 eius liberæ regiae iura Merouingicæ & Carolingicæ ætati asserta I. 14. sq.
 Electoratus ineptissime in Bambergensibus feudis habiti II. 98. sq.
 Electores certa iura ex consuetudine habent III. 196
 Eloquentiæ elogium II. 49
 Episcoporum facultas feuda constituendi, & an in Germania per Urbani II. decretum sublata? II. 100. seq.
 Equestrium ludorum exemplum III. 234
 Errores circa origines nominum feudalium II. 92
 eorum crebra admissio in vicissitudinibus scientiarum adnumeranda II. 122
 Errores crassiores Longob. Dd. & Iuris Feud. Sax. & Glossatorum II. 77
 F.
 Fata Germanicæ antiquitatis I. 3
 Feloniæ iura Longobardica male ad maiora imperii feuda applicata II. 125
 aut etiam ad imperatorem II. 126
 ineptæ causæ non in nostris principibus ex Longobardicis legibus æstimandæ ibid
 eius æstimatio durior moribus introducta III. 177
 Feuda oblata somniata dederunt nostræ & Romanæ antiquitatis contemptum I. 5
 eorum origines & vestigia a feudis ipsis sunt distinguenda I. 11
 imperii a Landsassicis differunt II. 71. sq.
 regalia imperii a Carolo M. non instituta, sed longe sunt antiquiora II. 90
 de eorum originibus in veteri Germania quærendis variæ sententiæ I. 20
 Spelmanni & Cragii sententiæ reiiciuntur ibid.
 Kk Feuda,

- Feuda, Struuii sententia de eorum originibus I. 23
 quæ vindicatur I. 24
 contrariæ sententiæ Schil-
 teri, Gundlingii & Tho-
 masii modeste declinan-
 tur ibid. sq.
 eorum veræ origines in
 ipsis Germanorum mo-
 ribus conspicuæ I. 28. sqq.
 eorum formam & essen-
 tiam fides constituit I. 29
 ea dandi potestas princi-
 pibus Germ. Ant. vin-
 dicatur I. 30
 eorum initia bellicis ra-
 tionibus attemperata I. 32
 Aulica in Germ. Ant. I. 32
 Soldatæ &c. eorumque
 prima incunabula I. 34
 statim a quorundam gen-
 tium migrationibus
 perfectiora stabilita I. 36
 III. 208. sqq.
 an Romanorum imitatio-
 ne instituta? I. 38
 eorum constitutio in Fran-
 cis probatissima ibid.
 cui origini tribuenda? ibid.
 ad originem genuinam
 Germanicam referenda
 I. 39
 eorum origines Romanæ
 examinantur I. 39
 eorum institutio Longo-
 bardis incommode tri-
 buta II. 80. 81. sq.
 eorum in Gothis mentio
 II. 81
 eorum institutio prima
 Carolo M. incommo-
 de tributa II. 83 sq.
 Scandinaviæ priscis po-
 pulis incommode tri-
 buitur II. 84. 89
 eorum originis Borealis
 rationes examinantur
 & refutantur II. 86
 Ecclesiastica perperam ob-
 latis generatim accen-
 sita II. 100. sq.
 Fœminina Germaniæ mo-
 ribus non prorsus ad-
 uersa II. 109
 contra ea obiectiones
 remouentur II. 112
 Fœminina impropria Lon-
 gobardica lege II. 114
 an etiam in vniuersum
 Germanicis moribus?
 ibid.
 an in propria & in impro-
 pria Germanicis mori-
 bus diuidenda? ibid.
 propria & impropria in
 Germania male ex Lon-
 gobardorum legibus
 æstimantur ibid. sqq.
 Fœminina in quibusdam
 Germa-

<p>Germaniæ prouinciis plane propria sunt II. 117</p> <p>Feuda propria impropriaque vnde & quomodo in Germania æstimanda? II. 119</p> <p>in eorum proprietate & improprietate æstimanda consuetudines singularum regionum sunt respiciendæ II. 120. sq.</p> <p>de vera eorum siue priorum siue impropriorum æstimatione confectarium II. 121</p> <p>Imperii non in allodia versa II. 135</p> <p>regalia, cur in eis toties renouatione inuestituræ ex Longobardici iuris indole opus sit? II. 137. sq.</p> <p>Imperii, de eis factis allodiis opinio Meibomii II. 139</p> <p>a Monzambano de inæquali foedere explicantur II. 140</p> <p>eorum & consuetudinis conuenientia III. 168. sq.</p> <p>ad ea mares primis moribus admissi III. 176</p> <p>ab eis foeminæ non excluduntur ibid.</p>	<p>Feuda, eorum initia & progressus distinguenda III. 192</p> <p>eorum lenti dubiique ortus III. 193</p> <p>eorum vniuersitas atque consuetudinis singularitas male sibi inuicem opposita III. 194</p> <p>eorum constitutioni officium consuetudinis non repugnat III. 195 seq.</p> <p>eorum Longobardica historia III. 200</p> <p>eiusdem Franziana interpretatio III. 201</p> <p>addita curatori explicatione confutatur III. 202</p> <p>imperii eorumque diuersa diiudicatio II. 123</p> <p>ligia, & non ligia, eorum ad imperii feuda iniqua applicatio II. 124. sq.</p> <p>eorum mater est consuetudo III. 154</p> <p>prima Francica de iis testimonia III. 211. sq.</p> <p>regalia de iis testimonia III. 214. seqq.</p> <p>eorum primi mores diu ante Carolum M. exoleuerunt III. 204</p> <p>eorum diuisiones & solennia non Carolingicæ</p>
--	---

I N D E X I I.

- cæ ætatis propria III. 236
- Feudale ius de eius genere opinioniones I. 12
- an scriptum, an non scriptum dici mereatur? ibid.
- Longobardicum, eius nullus in regalibus feudis vsus II. 134
- in regalibus feudis obtinere, quinam doctores negent? II. 139
- recte consuetudinarium dicitur III. 178. seqq.
- Feudales consuetudines ubi primum scriptæ? II. 61
- Feudales leges principum illepide ad prætorium ius relatæ II. 92
- Caroli M. non primam ipsi feudorum inuentionem vindicant III. 233
- Feudalia iura priscorum morum atque consuetudinum notitiam poseunt I. 8. seq.
- instituta vindicantur ab obiectionibus I. 37. III. 208. seqq.
- in Germanis antiquissima II. 59
- longe Carolo M. antiquiora sunt III. 207
- visa iam in Germania antiqua post ingentes Germanorum migrationes ibid. maxime in Francico Merouidarum regno visa III. 210
- Feudalia Longobardica iura a Francis Germanisque haud dubie constituta II. 60
- Feudalia iura Germaniæ male pro vniuersalibus habita II. 72
- an Longobardi a Francis demum acceperint, an ex patria tulerint? II. 82. III. 223
- prouinciarum superioritas territorialis non oppressit aut confudit II. 75. seq.
- nomina, circa origines eorum errores II. 92
- Feudum, eius vox cuius originis & vnde? I. 11. seq. II. 93
- eius latinum nomen I. 12
- eius definitio II. 169
- eius voci, an beneficii vocabulum præferendum? I. 12
- oblatum quid? II. 93
- eiusdem refutatio in domini manus non æque licet in regalibus feudis ac Longobardico iure II. 137
- Feu-

Feudum, eius cum consuetudine nexus declaratur III. 187
 eius partes inique consuetudinariae origini negatae III. 197
 eius etymologia inconcinna III. 230.236
 Fideles obscurius vasallos representant III. 210
 Fides formam & essentiam feudorum constituit I. 29
 Foeminas a feudis leges fortassis non exclusurae III. 176
 Foeminina feuda Germaniae moribus non prorsus aduersa II. 109. seq.
 Formularum Germaniae & Italici regni diuersarum neglectus foecunda errorum mater II. 69
 solers obseruatio optima errorum medela II. 71
 Francici reges an sola feuda dederint? III. 216. seq.
 Francum feudum longe & re & nomine Carolo M. recentius III. 237. seqq.
 Fridericus I. Imperator, effectum de imperii Romani ministerio & auctoritate II. 191

G.

Germani prisca, eorum virtutes atque animi dotes I. 28

Germania
 eius historia partim ignorata, partim neglecta a feudalis iuris doctoribus II. 66
 eius diuersae formulae ibid.
 historiae ignoratio fons inuerti peregrini iuris feudalis ibid.
 eius formula & Italiae Longobardicorumque iurium natura dissimilima est II. 68
 abhorret a Longobardici iuris legitima receptione II. 68
 eius feudalia iura male pro vniuersalibus habitata II. 72
 prouinciarum iurium perpetua differentia II. 73. seq.
 eius prouinciis singulis hodieque sunt singularia iura feudalia II. 74
 prouinciarum singularium iura feudalia probe sunt distinguenda II. 76
 diuisio in milites male pro origine feudorum vendita II. 78
 nunquam in milites feudi nomine diuisa II. 79

- Germania**
 in ea feuda propria & impropria male ex Longobardicis LL. æstimantur II. 114. sq.
 in ea nulla feuda generatim. propria nec impropria II. 116. 117
 eius status sub Conr. I. oblatorum feudorum rationibus plane repugnat II. 94. seq.
 in ea, vnde & quomodo feuda propria & impropria æstimanda? II. 119
 ad eam I. F. 14. nil pertinet II. 124.
 ad eam ius Imperatoris feuda maiora in Italia coniungendi non spectat II. 124
 antiqua, in ea morum & consuetudinarii iuris maxima autoritas III. 161
 consuetudines licet non vnicum, maximum tamen ius dedere. III. 162
 in eius quouis statu vis & efficacia consuetudinis perpetua III. 189
 eius status semper ius moribus introductum probavit III. 190. sq.
 æqualitate egregia temperatus III. 191
 eius leges Impp. Merouidis ex consuetudinibus singularum gentium III. 219
Germanicæ antiquitatis fata I. 3
 primi vindices I. 4
 elogium Henr. Conringii I. 6. 7
 quod egregium fructum tulit I. 7
 insignia commoda demum nunc explorata I. 7. seq.
 contemptus vnde? I. 5. 9
 vsus in publico & feudali iure agnitus I. 9
 auertit mentes a noxia peregrinitate ibid.
 Leges redolent admissionem Romanarum LL. I. 8
 infusa in eas peregrinitas non est irremediabilis I. 8
 migrationes incommode Boreales & ineptissime Scandicæ vocantur II. 88
Germanici duces atque Comites stante Merouidarum regno videntur subfeuda distribuisse III. 220. sq.
 Ger-

Germanici imperii & veteris
Romani differentia I. 9.

Germanis Barbarorum nomen
gloriosum I. 4

rebus stolidæ Romanæ
nugæ prælatæ I. 5

Gothi feuda perfectiora stabi-
liuerunt I. 36. II. 81. III. 208

H.

Henricus II. an successerit, v-
trum electus fuerit? I. 15

Henricus Spir. Ep. multa feuda
condit II. 108

Heruli feuda perfectiora sta-
biliuerunt I. 36. III. 208

I.

Immobilia sunt de natura, non
de essentia feudorum I. 29

Imperator, ei nihil iuris in
Landsasica principum feuda
II. 124

eius ius feuda maiora in
Italia coniungendi non
ad Germ. spectat II. 124

ad eum Feloniæ iura Long.
male applicata II. 126

Imperatores, qui iure hæredi-
tario successisse videantur? I. 14

omnes liberæ electioni
imperium debent I. 14. sq.

eorum & imperii ordi-
num prima studia con-
tra peregrina iura ma-
xime feudalia II. 63

Imperium Romanum vetus at-
que Germanicum non sunt
vnum idemque I. 9

ad eius feuda maiora Fe-
loniæ iura Long. male
applicata II. 125

non in allodia versa
II. 135

eius summorum iurium
mater est obseruantia
III. 192

Improprietas feudorum, in ea
æstimanda singularum pro-
uinciarum consuetudo re-
spicienda II. 120

Instituta feudalia Burgundio-
num vindicantur ab obie-
ctionibus I. 37

in Germania antiquissima
II. 59

beneficiaria promouent
salutem publicam III. 187

Inuestitura, eius primæ notæ I. 35

iuramentum ex consue-
tudine III. 175

Italia, ei in neganda Carolina
origine feudorum nulla com-
moda III. 234

eius imperium non nobis
a Carolo acquisitum III. 235

diuisio a Carolo ordina-
ta non probat, eum
esse feudorum aucto-
rem in Germania ibid.

Italica

- Italica studia rationes inuecti
 Longobardici iuris peregrini II. 69
- Italici Diadematis nullus ultra
 vsus III. 236
- Italicum regnum, eius diuer-
 sæ formulæ II. 66. sq.
- Iura priuata Germanorum re-
 dolent admistionem Ro-
 manarum legum I. 8
- infusa in ea peregrinitas
 non est irremediabilis I. 8
- publica, eorum originum
 necessaria peruestigatio
 I. 10
- eorum perpetua differen-
 tia in Germanicis pro-
 uinciis II. 73
- eorum vicissitudines II.
 56. sq.
- liberæ regiæ electionis
 Merouingicæ & Caro-
 lingicæ ætati asserenda
 I. 14
- Longobardica a Francis
 Germanisque an con-
 stituta? II. 60. III. 223
- eorum natura II. 67
- eorum collectores
 II. 61
- Iuramentum, eius præstatio ex
 consuetudine III. 175
- crebra renouatio ex con-
 suetudine ibid.
- Ius ex consuetudine æque ac
 ex lege III. 156
- electionis, eius incunabu-
 la in antiquissima Ger-
 manorum ætate vindi-
 cantur I. 18
- an ex consuetudine, v-
 trum ex decreto po-
 puli constitutum sit?
 III. 162
- eius vetusta obseruantia
 potest promiscuis
 feudis fauere, licet vni-
 uersali præsumptione
 pro oblatis feudis ec-
 clesiæ elisa II. 118
- Ius electionis exemplum est
 consuetudinis leges mutan-
 tis III. 167. seq.
- legi aut iuri expresso at-
 tribuitur III. 167. sq.
- Ius feudale, de eius genere opi-
 niones I. 12
- an scriptum, vtrum non
 scriptum appellari me-
 reatur? ibid.
- de eius Professoribus va-
 na cuiusdam diuinatio
 II. 53. seq.
- qualis eius integritas?
 II. 58
- eius mater consuetudo ibid.
- duobus capitalibus næuis
 notatum est II. 59
- Ius

Ius Saxonicum Sueuicumque,
 eius nugæ passim obuia II. 77
 in regalibus feudis obti-
 nere, quinam Doctores
 negent? II. 139
 Longobardicum, ei cum
 Germania nihil com-
 mercii est II. 61
 eius inuecti rationes sunt
 Italica studia II. 69
 nonnunquam Cæsarum
 artes & ibid.
 principum Imperii con-
 silia II. 70
 Prætorium, ad id feuda-
 les principum leges
 illepide relatæ II. 92

L.

Landsasica principum feuda,
 in ea imperatori nil iuris
 II. 124
 Leges foeminas a feudis fortas-
 sis non exclusuræ III. 176
 Caroli feudales non pri-
 mam ipsi feudorum
 inuentionem vindicant
 III. 233
 Germanicæ redolent ad-
 misionem Romana-
 rum legum I. 8
 in eas infusa peregrini-
 tas irremediabilis non
 est I. 8

quibus ei medicis opus?
 ibid.
 Longobardicæ feudales,
 earum ad Germ. mo-
 res peruersa adplicatio
 II. 59
 Lehen vnde dicta? II. 93
 Leudes obscurius vasallos re-
 præsentant III. 210
 Lex prima de electione regum
 scripta I. 17
 postea ad antiquam ob-
 seruantiam inflectitur
 I. 18
 eiusdem & consuetudi-
 nis contentio III. 157
 Liberalitas legibus non cogi-
 tur III. 169. sq.
 beneficiaria est conditio-
 nalis III. 173
 Libertas, eius Germanicus a-
 mor pro feudorum in Germ.
 Ant. incunabulis argumen-
 tum I. 43
 Libri feudorum inscriptio III.
 199
 de eadem iudicium ibid.
 vindicatur ab obiectio-
 nibus Franzianis III. 200
 Ligia vere facta ipsa subfeuda
 Imperii II. 132. sq.
 Feuda, de eis sententia
 hT. Michaelis exami-
 natur II. 134
 Li
 Ligium

I N D E X II.

- Ligium & non ligium feudum,
eiusdem interpretatio sin-
gularis II. 126
- Ligium feudum, eius definitio
II. 127
- de eo generalis illustra-
tio communis senten-
tiæ ibid.
- Ligius seu litgius homo quis? II.
127
- & non ligius, eorum ad
imperium applicatio
erronea II. 128
- Longobardi minime feudorum
auctores censendi II. 80. 81. sq.
- eorum patria, circa eam
errores II. 82
- an feudalia iura a Fran-
cis demum acceperint,
vtrum ipsi ea ex patria
attulerint? II. 82. sqq.
III. 221. 223
- Longobardica historia feudo-
rum III. 200
- eiusdem Franziana inter-
pretatio III. 201
- quæ confutatur III. 202
- Longobardica iura a Francis
Germanisque haud dubie
constituta II. 60
- eorum natura II. 67
- eorum collectores II. 61
- Longobardicæ definitiones Du-
cum, Marchionum, Comi-
tum male ad Germaniæ prin-
cipes adplicatæ II. 123
- gerræ de Marchione II. 77
- leges feudales, earum ad
Germ. mores peruersa
adplicatio II. 59
- Longobardicum ius, variorum
sententiæ de eo ad imperii
feuda non applicando II. 138.
sqq.
- ad eius tractationem ido-
neam in regalibus feu-
dis regula generalis ibid.
- ei cum Germania nihil
commercii II. 61
- an vt, aut quatenus rece-
ptum in imperii rega-
libus feudis valeat? II.
144
- feudale, eius plena rece-
ptio, qui impedita fu-
erit? II. 70. sq.
- eius nullus in rega-
libus feudis vsus
II. 134
- Ludi equestres, eorum exem-
plum III. 234
- Lusatia ordinum querimoniam
de feudali peregrino iure
inuecto II. 65
- M.
- Maiestatis sigillum Saxonicum
II. 135
- Manes

Manes Carolini euocantur ad rationes reddendas Franzianæ sententiæ III. 229
 Mares ad feuda moribus admissi III. 176
 Monarchia, in ea vis consuetudinis III. 189
 Mores varias iuris species representarunt III. 167
 in ipsis legibus multum valuerunt ibid.
 admittunt mares ad feuda III. 176
 eorum in Germ. Ant. maxima auctoritas III. 189

N.

Negotium, in multis eorum sola consuetudo obtinet III. 160. sq.

O.

Obiectiones contra foeminina feuda II. 113
 Oblationes feudorum ecclesiasticis creberrimæ factæ II. 102
 Oblatum feudum quid? II. 93
 eorum rationibus status Germaniæ sub Conrado I. plane repugnat II. 94. sq.
 non generatim pro tali habendum Ecclesiasticum II. 103. seq.
 Obseruantia summorum imperii iurium mater III. 192

Officia data feudi lege II. 98
 Otto IV. eius studium contra peregrina iura maxime feudalia II. 63

P.

Pecuniæ inopia noua ratio feudorum in Germania antiqua I. 42. 44
 Peregrinitas, eius amor taxatur I. 4
 eius in nostrum feudale ius inuectæ historia II. 62
 Permittens consuetudo quid? III. 167
 eius exempla in Germania antiqua ibid.
 Potestas summa principum Imp. Longobard. iuris limitibus frustra æstimatur II. 135
 Prælatorum facultas feuda constituendi an in Germania per Urbani II. decretum sublata? II. 100. seq.
 Prætorium ius, ad id feudales principum leges illepide relatae II. 92
 Primi feudorum mores ante Car. M. III. 204
 Principes in nostros Capitaneorum vox inepte quadrat II. 124
 Principum nominis in Germania antiqua varia notatio I. 31
 Prin-

- Principum successionum singularia iura II. 136
 iura quædam Longobardico iuri incongruentia ibid.
 imperii præiudicium ex abusu iuris Longobardici & prouincialis feudalis II. 142. III. 151
- Priuata causæ, in iis consuetudinis vis III. 163
- Prohibitoria consuetudo quid? III. 167
 eius exempla in Germania antiqua ibid.
- Propria & impropria feuda unde & quomodo in Germ. æstimanda? II. 119
- Proprietas feudorum, in ea consuetudines singularum prouinciarum respiciendæ II. 120. sqq.
- Q.**
- Querimoniarum communes de feudali peregrino iure inuencio II. 64. seq.
- R.**
- Refutatio feudi in manus domini non æque licita in regalibus feudis II. 137
- Regalia feuda imperii a Carolo M. non instituta, sed longe antiquiora II. 90
 non ex sola regia libertate II. 91
- Regalia electorum absurde in Bambergensibus feudis habitata II. 99
- Reges Francici Germanicique, an successerint, vtrumque electi fuerint? I. 13. seq.
- Regula de vsu Longobardici iuris in Reg. Imp. feudis ibid. II. 138
- Regum Germanorum electio a prima eiusdem reipublicæ origine obtinuit I. 13
 in vicem certi iuris ante Henr. IV. non abiit I. 14. 15
- Rerum æstimatio, cur non recte instituat? I. 3
- Res publicæ, earum in omnibus formis vis & efficacia consuetudinis III. 188
- Restrictio potestatis episcop. infeudandi II. 106
- Roma, eius in neganda Carolina origine feudorum nulla commoda III. 234
- Romana Græcaue antiquitas reliquis præfertur I. 3
 eiusdem sobria cura commendabilis ibid.
 antiquitas, eius contemptus vnde? I. 5
 utilitas I. 8
 Romanæ

PRAECIPVARVM RERVM.

Romanæ nugæ nostris rebus stolide prælatæ	I. 5	Silesiæ ordinum querimoniæ de feudali peregrino iure inuecto	II. 65
Romani, quos Barbaros appel- lauerint ?	I. 4	Solennia feudorum non Caro- lingicæ ætatis propria	III. 236
Romanum imperium a nostro differt	I. 9	Speculum Saxonicum, eius hi- storiciæ nugæ pasim obuiæ	II. 77
non nobis a Carolo acqui- situm	III. 235	Status Germaniæ sub Conr.	I. 94
Romanus status a Carolo ordi- natus non probat, eum esse feudorum autorem in Ger- mania	II. 235	Subfeuda imperii ipsa ligia ve- re facta	II. 132 seq.
S.		Successio, eius in feuda stabilitæ litigiosa tempora	III. 206
Salus publica est finis consue- tudinis	III. 187	Successiones principum, eorum singularia iura	II. 136
eam promouent benefi- ciaria instituta	ibid.	regiæ, in iis post iura ele- ctionis satis stabilita consuetudinis effectus	III. 162
Saxonia nunquam in milites feudi nomine diuisa	II. 79. 84	in iis consuetudo valde tenax & iudicio con- tradiçta quodammodo firmata	III. 166
Saxonici imperatores impe- rium liberæ electioni debent	I. 15	Suffragiorum ius consuetudi- narium	III. 165
Saxonicum ius feudale, eius au- ctor non est Carolus M.	II. 84	Suiones prisçi eorum fortitudo & armorum exercitatio in dubium vocatur	II. 89
maiestatis sigillum	II. 135	Superioritas territorialis feu- dalia prouinciarum iura non oppressit aut confudit	II. 75. seq.
Scandinaviæ feudorum origo male adseritur	II. 84. 89		Tacita
Serui ex lusu vasalli facti dicun- tur a Cragio	I. 22		
Sigillum maiestatis Saxonicum	II. 135		
Sigismundus, eius studia contra peregrina iura maxime feu- dalia	II. 63		

INDEX II. PRAECIPVARVM RERVM.

T.

Tacita conuentio in consuetudine III. 154
Terræ quædam Elect. oblata feuda Bamberg. II. 98
Tutelæ statuum imperii singularia iura II. 136

V.

Vasalli, quomodo Germanice dicti fuerint? I. 22
eius nominis notatio I. 33.
eorum gradus primi ex gradibus comitum æstimandi I. 35
Germaniæ, cur ad vsus feudorum prouocauerint? II. 71

Vasi obscurius vasallos representant III. 210
Vicissitudines iurium II. 56. 57
Vicissitudo omnium rerum, de hac testimonia II. 55
Vindices primi antiquitatis Germanicæ I. 6
Virtutes & vitia, in iis mouendis consuetudinis vis III. 198
Vniuersalia ex deriuatione a singularibus horum censu subinde veniunt III. 194
Vsfusfructus, ex eo vtile directumque dominium originem traxit III. 173
Vtile directumque dominium ex vsufructu originem traxit ibid.

F I N I S.

ERRATA OPERARVM.

Pag. 126. in notis lin. 8. lege *non tam soli & deinde imperio.* lin. 11. lege *imperii nostri.* Cetera errata, si quæ leuiora occurrant, B. L. ipse corrigat.

Penitenciarias, situado en este punto
como la antigua y placosa cosme-
dine que se observa en el Principado
de Cataluña de resar todas las in-
das los siete Salinos Penitenciarios
de Llanias, los muestres y
obres, consiguiendo estos por
medio el mantencio de las



1/1



SPENER

HISTORIA

FEUDALIU



/16427

© 2010 RealA